



Edición no venal. Prohibida su venta. En soporte digital y para descargar con permiso de su autora bajo licencia Comunes Creativos BY-NC-ND. Se permite descargar la obra y compartirla con otras personas, siempre que se reconozca su autoría (BY). No se puede utilizar comercialmente (NC) ni se puede cambiar de ninguna manera (ND)

**DOCUMENTOS DEL MONASTERIO
DE SANTA MARÍA DE VERUELA
(ZARAGOZA)
II
1240-1299**

Colección
creada por
Antonio Ubieto Arteta (†),
Catedrático de Universidad.
Zaragoza

**DOCUMENTOS DEL MONASTERIO
DE
SANTA MARÍA DE VERUELA
(Zaragoza)
II**

1240-1299

Edición e índices por
María de los Desamparados CABANES PECOURT

ISBN: edición no venal. Prohibida su venta.
Depósito Legal: Z-1036-2017

© María de los Desamparados CABANES PECOURT

© ANUBAR. Ediciones (<http://www.anubar.com>)

Maquetación: ANUBAR. Ediciones

Todos los derechos reservados. Queda prohibida la reproducción, total o parcial de este documento, por cualquier medio, sin el previo y expreso consentimiento por escrito del autor o ANUBAR. Ediciones.

Zaragoza
2017

1240, marzo, 9.

388

El abad del monasterio de Santa María de Veruela dona a Martín de Castillo y familia una viña sita en Litago, por un censo anual de una libra de cera, pagadero en la fiesta de la Purificación.

AHN. Códice 995 B, f. 80r.

Notum sit cunctis quod nos frater R[aimundus] abbas et conventus Berole damus unam vineam quam habemus et [habere debemus in] Leytago vobis Martino de Castiello et uxori vestre Marquese et omni generacioni vestre ad tributum, salvo iure domini nostri. Dicta vinea quam vobis damus habet affrontaciones, ex una parte, vineam vestram que fuit divisa a vobis et ab Enneco Cordoviella; ex alia parte, vineam de Argiol; ex terciam, viam publicam que itur ad Trasmos. Sicut dicte affrontaciones includunt et dividunt circunquaque, sic damus vobis dictam vineam cum omnibus pertinenciis suis salvo supradicto iure domini nostri, sub tali pacto quod unoquoque anno vos aut quicumque dictam vineam possederit det unam libram cere in festo Purificationis nobis et omnibus nostris successoribus pro tributo. Quam, si vos vel successores vestri solvere non velletis, abbas et conventus Berole dictam vineam recuperent et habeant tanquam suam.

Et nos M[artinus] de Castiello et uxor mea Marquesa dictam vineam de vobis dictis abbate et conventu Berole recipimus, promittentes pro nobis et pro omni posteritate nostra suprascripta omnia fideliter attendere et complere.

Et ut presens scriptura robur obtineat firmitatis, nos frater R[aimundus] abbas presentem cartam sigillo nostro facimus roborari.

Actum est hoc in presencia abbatis et conventus, presentibus de monachis, Guillelmo priore, B. suppriori, B. portario, P. sacrista, P. vestiario, A. infirmario monachorum, A. cantore, Galabruno, P. Semenez et multis aliis.

Frater S. de Tutela, de mandato omnium predictorum, hanc cartam scripsit et per alfabetum divisit anno Domini M^o. CC^o. XXX^o. IX^o. VII idus marcii.

1240, julio 26. Tarazona.

389

Don García, obispo de Tarazona, sentencia el pleito entre el comendador de Añón y el monasterio de Veruela sobre el pago de décimas de los habitantes de Alcalá por predios sitos en este territorio, decidiendo que aquellas se repartan a medias entre la iglesia de Añón, por razón de sacramentos, y la de Alcalá, propiedad del monasterio, correspondiendo a ésta última las primicias. Si los predios estuvieran en término de Añón, entonces deberán pagar la mitad de las décimas y todas las primicias a la Iglesia de este lugar.

AHN. Clero, Veruela, carp. 3.766, núm. 14. Carta partida. Falta sello pendiente.

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 45.

G[arcia], Dei gracia Tirasone episcopus, universis presentem paginam inspecturis. Salutem in Domino. Conquestus est nobis Johannes Petri, comendador de Agnon, frater Hospitalis Iherosolimitani, quod homines de Alcalá de novo populati nolebant sibi dari decimas de prediis sitis in territorio de Alcalá, cum ante quam ad populacionem illam personaliter venirent, existentes parrochiani ecclesie de Agnon coluissent eadem predia de quibus decima petebatur. Verum abbas et monachi berolenses, ex adverso se pro dictis hominibus opposcentes cum eorum interesset asserebant quod de prediis illis dari decima non debebat eccle-

sie de Agnon, ut pote que nunquam ullo tempore data fuit. Auditis igitur rationibus et allegacionibus utriusque partis, habito consilio sapientium, adiudicavimus medietatem decimarum ecclesie de Agnon racione sacramentorum; reliquam vero medietatem cum tota primicia adiudicavimus ecclesie de Alcalá, que pertinet ad monasterium berolensem, iuxta consuetudinem episcopatus Tirasone hactenus observatam. Adicimus, insuper, quod si homines de Alcalá coluerint predia in territorio de Agnon, solvant medietatem decimarum cum tota primicia ecclesie de Agnon; alia vero medietatem decimarum, racione sacramentorum, solvant ecclesie de Alcalá, in qua parrochiani existunt. Mandantes consuetudinem istam inter prefatas ecclesias firmiter perpetuo observari.

Ad cuius rei corroboracionem, presentem cartam sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Data Tirasone, VII^o kalendas augusti, per manum Peregrini qui mandato domini episcopi hanc cartam scripsit anno Domini M^o. CC^o. XL^o.

1241, marzo, 12.

390

Don Guillem, justicia de Borja, y don Rodrigo, hermano del justicia de Tarazona, junto con don Beltran de Borja y don Pedro Marqués de Tarazona, arbitran la causa mantenida entre los monjes de Veruela y los frailes del Hospital de Añón a causa de la acequia que los primeros hacen en el azud de Traid. El pleito se lauda a favor de los primeros.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.766, núm. 15. Carta partida (A)

AHN. Códice 995 B, f. 87v-88r (B)

Publ.: V. de la Fuente, *España Sagrada*, t. L, 443-445, doc. LI.

Sepan los qui esta carta veran que era contienda entre los monges de Berola e los frayres del Espital d'Annon, ço es a saber, don Juan Pereç, comendador, e fray Pero Lopeç, prior de Annon, e don Per Alcalá, comendador de la casa del Espital de Calatayu, sobre una cequia que los monges fazien al açut de Trayt. E foron devant el sennor don Garcia,

por la gracia de Dios bispe de Taraçona, los ditos frayres por la razon del Hospital e fray Juhan Maça e fray Alaman cantor, monges por l'abbat e por el convent de Berola. E avidas muitas razones de la una e de la otra part acordaronse con consello e con mandamiento del sennor dito Bispe que lo pusiessen en mano e en poder de bonos omnes. E foron¹ eslitos a plazer dambas las partes; de part de los monges, don Guillem justicia de Burgia e don Rodrigo ermamo de don Juan Pereç justicia de Taraçona; e de part de los frayres, don Bertran de Burgia e don Pero Marches de Taraçona. E porque mellor² se podiessen acordar, el sennor Bispe puso y a don Garcia Pereç de Burgia qui toviesses so logar. E firmaron los monges e los frayres, delant el sennor Bispe, que fosen en todo quanto estos ditos omnes viessen por bien o la mayor partida. E fo firme e fiança el dito sennor Bispe por ambas las partes. E plogo ad ambas las partes que el sennor Bispe oviesses poder de fer seer las partes en aquello que estos cincho o la mayor partida dixiessen por poder de iglesia o de sieglo.

E pusieron y dia que fossen y todos plegados un dia sennalado e que demandassen verdat por cartas e por testimonyo de vezinos. E estos ditos omnes vinieron al açut e fo y don Remont³ Guillem, abbat, e don Guillem, prior, e don Per de Magallon, sacristano, e don Juan Maça, thesaurero, e don Alaman, cantor, e don Sancho de Tudela e don Rodrigo de Vera, monges de Berola; e de part del Espital fo y don Juan Pereç, comendador, e fray Per, frayres del Ospital d'Annon, e don Juan del Almunia, justicia d'Annon, e Sancho, merino, e otros omnes d'Annon e d'Alcala. E esto fo⁴ el segundo martes de março, el dia de Sant Gregorio.

1 foron] B: fueron.

2 mellor] B: meior.

3 Remont] B: Remond.

4 fo] B: fo feito.

E estos ditos loadores demandaron al comandador de que se rancurava; e el disso que los monges fazian una cequia de nuevo en termino de Annon. E ellos demandaronle si avia cartas o muestras desto; e el disso que alli no avia cartas. E demandaron al abbat e a los monges, que demandavan; e dissieron que aquel logar ont⁵ la çequia fazian es lur termino. E demandaron a los monges si avian cartas o muestras; e dissieron que si e mostraron cartas del comte de Barçalona e del rey don Alfonso d'Aragon, que aquel termino en que l'açut e la cequia fazen es de los monges, e otras cartas de heredades que les foron dadas ont⁶ va esta çequia.

E sobre todo esto trobaron en verdat, por testimonio de bonos omnes d'Annon e d'Alcala, que en aquel logar que el comandador dizia que era so termino, ont⁷ la mayor contienda era, un omne que planto una vinna sobre la riba ont la çequia se faze, e vinieron y los monges e itaronlo ent, e ixieron el concello⁸ d'Annon e ytaron ent los monges por fuerça. E depues, aquest omne qui la vinna avia plantada, Martin de Burgia por nomne, quiso laurar de iuso aquella vinna por la riba ont⁹ fazen agora la çequia, que es entre la dita vinna e las pieças de los monges, e vinieron los monges e ytaronlo ent; e nunca mas i lauro, ni el ni otro.

Ont¹⁰ entendidas las razones de la una e de la otra part, don Guillem de Burgia e don Rodrigo loaron e dissieron que los monges podian aquella¹¹ çequia fer por dreyto¹², por aquel logar ont la fazen. E disso

5 ont] B: ond.

6 ont] B: ond.

7 ont] B: ond.

8 concello] B: conceio.

9 ont] B: ond.

10 ont] B: ond.

11 aquella] B: aquela.

12 dreyto] B: dreito.

don Pero Marches¹³ que no otorgava aquesta loda; e don Bertran de Burgia no y disso nada. E don Garcia Pereç, qui era en el logar por mandamiento del sennor Bispe, con consello de don Pero Pedriç arcidiagno de Calathayu¹⁴ e de don Pelegrin justicia de Taraçona, disso e atorgo lo que avian loado don Guillem de Burgia e don Rodrigo. E encara lodo que los monges bien podian fer la çequia con dreyto e mando que la fiziesen.

Desto son testimonias por mano puestas: don Pero Pedriç, arcidiagno de Calathayu¹⁵, e don Pero Sancheç, cavero de Burgia, e don Pelegrin, justicia de Taraçona, e Domingo Martin, justicia d'Alcala, e don Martin de Montcayo¹⁶ e Xemen Lopeç, su ierno, e Juan Briç e Bertholomeu Carpintero, vezinos d'Alcala e d'Annon. E foron y presentes, vezinos d'Annon e d'Alcala, don Juan de l'Almunia justicia d'Annon e Aznar de Eneco¹⁷ Yrçal e Juhan de la Fita e Per de la Fita e Gil de Don Gaxion e Nicolau e Domingo Sancho e Matheu e Domingo Marchesa e Pero Marchesa e Juan d'Ossat e Domingo d'Ossat e Martin d'Ossat e Martin Lopeç e Domingo Oveller e Sanc d'Aleç e Per de la Flor, e otros muitos vezinos d'Alcala e d'Annon.

Esto fo feyto el segund martes de março, el dia de Sant Gregorio, en l'anno de la Incarnacion de Nuestro Sennor Ihesu Christo de mil CC. XL^a.

Don Domingo Pereç, notario publico d'Alcala, la present carta escrivio e est sein(*signo*)nal y fizo, e por a.b.c. la partio.

Nos don Garcia, por la gracia de Deus bispo de Taraçona, el dito arbitrio lodamos e otorgamos e in perpetual testimonio nuestro siello mandamos poner.

13 don Pero Marches] B: don Ro.

14 Calathayu] B: Calatayu.

15 Calathayu] B: Calatayu.

16 Montcayo] B: Montpayo.

17 Eneco] B: Enego.

1241, septiembre 28.

391

Berenguer de Entenza confirma al monasterio de Santa María de Veruela la donación que su padre le hizo de la heredad de Bitiñena.

AHN. *Códice 995 B*, ff. 92r-v.

In Christi nomine. Manifestum sit omnibus presentibus atque futuris quod ego dompnus Berengarius de Entencia, intendens ad utilitatem monasterii Berolensis, habito respectu ad dominus et ob remedium animarum omnium parentum meorum, per me et per omnem propinquitatem et consanguinitatem meam et per omnes successores meos, nolens contravenire donacioni de Bitinnena quam nobilis pater meus dompnus Ponçuchi, dominus de Alcoleya, fecit prefato monasterio, dono, concedo, approbo et confirmo dictam donacionem de Bitinnena cum hac presenti scriptura perpetuo valitura vobis dompno Raimundo Guillelmi abbati et conventui de Berola quod habeatis et possideatis ipsam salvam, liberam, quitiam et securam, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, absque meo meorumque retentu et contradicto. Absolvo insuper et quitio si quid iuris habere poteram in eadem ratione concessionis a vobis in vestro capitulo mihi facte, ita quod ego vel aliquis alius voce vel racione mei vel quelibet alia racione sive pro parte patris sive pro parte matris racione dotalicii, nunquam possimus in dicta hereditate aliquid demandare, vel vos sive monasterium vestrum frater hoc ulterius aggravare. Ad maiorem autem huius rei securitatem dono vobis dictis abbati et conventui fidancias salvetatis de redra super predicta hereditate per bonum forum Cesarauguste, pro attendendis et complendis omnibus supradictis firmiter et fideliter et servire nobiles viros dompnum Luppum Guillermi de Oteiça et dompnum Luppum Eximini de Castellot. Et nos dompnus Luppus Guillermi de Oteiça et dompnus Luppus Eximini de Castellot concedimus esse fideiussores pro omnibus supradictis legaliter observandis vobis dictis abbati et conventui de Berola.

Huius rei rogati sunt testes: Ferrandus Laurencii et Johannes Lippi de Burgia, milites.

Facta carta III dies in exitu mensis septembris, era M^a. CC^a. LXX^a. nona.

Sig (*signo*)num Dominici Martini de Alqueçar qui hoc scripsit.

1242, enero.

392

Guillem Ramón, abad del monasterio de Santa María de Veruela, en nombre de todo el convento, entrega diez tiendas que el monasterio posee en Tarazona, a censo anual de ocho sueldos cada una pagadero a San Miguel.

AHN. *Códice 995 B*, ff. 69v-70v.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod nos don Guillem Arramont, abbat de Berola, et don J[ohan] Maça et dans Sancio de la Fita, cellare-ro, et dans Bertholomeu de Tirasona, cum consensu et voluntate totique conventui de Berola dedimus todas las nostras tendas que nos avemos en Tirasona ad incenso. Illas tendas que se tenent cum las nostras casas mayores de Tirasona, passada la pont, vobis don Pere de Canillac et a don Martin de Lizar, de Burgia, et a don Martin Carrento et a don Martin de Uncastiello et a don Andreu, nieto de don Michael de Don Monge et a don Bartolomeu, gerno de Domingo molinero de los frayres, et dona Sancha Roya, et a don Eximeno Aliepcero¹⁸ et a don Simon el ferrero tali conditione ut predictis, scilicet Pere de Canillac et Martin de Lizar et don Martin Carrento et don Martin de Uncastiello et don Andreu et don Bartolomemeu (*sic*) et dona Sancha Roya et don Xemeno Aliepcero et don Simon el ferrero detis nobis de incenso in unoquoque anno per festum Sancti Michaelis, per secula cuncta, pro unaquaue tenda, VIII solidos denariis iaccensis; et vos et etiam vestris habeatis

¹⁸ El documento repite desde *don Martin de Uncastiello* hasta *Eximeno Aliepcero*.

predictas tendas ad hereditatem, vos et uxores vestras et filiis et filiabus vestris et omni generationi vestre ad forum de incenso per secula cuncta; et que las milloredes et que las alcedes et non las peyoredes. Et si volueritis eas vendere, primus faciatis nobis scire et non las vendatis ad infançon vel a clerigo vel ad ordine, et cum consilio nostro vendite talis homine vel femina ut nos non perdamus nostro incenso.

Prima tenda, la mas iusana del fondon, dedimus ad Pere de Canillac, dando VIII solidos denariis iaccensis in unoquoque anno, sicut superius dictum est, de incenso. Et la secunda tenda dedimus, que se tenet cum ista de Pere de Canillac, a don Martin de Lizar. Et la tercera tienda, que se tenet cum ista, dedimus a don Martin Carrento. Et la IIII^a tenda, que se tenet cum ista, dedimus a don Martin de Uncastiello. La V^a tenda dedimus a don Andreu, nieto de don Michael de Don Monge. La VI^a tenda dedimus a don Bartolomeu, gerno de don Domingo molinero de los frayres. La septima tenda dedimus a dona Sancha Roya. La octava tenda dedimus a don Exemeno Aliepcero. Et las duas tendas, que catan a la carrera que vadit a Sancta Maria de la Orta, dedimus a don Simon tali conditione predictas tendas ad incenso ut vos detis nobis pro unaquaue tenda de incenso, in unoquoque anno, VIII solidos denariis iaccensis per secula cuncta.

Et est fidança Pere de Canillac per facere, paccare predicto incenso in unoquoque anno, a tal fidancia est don Andreu, nieto de don Michael de Don Monge. Et est fidancia per predictus Andreu et per predicta dona Sancha Roya et per don Xemeno Aliepcero per facere, paccare predicto incenso in unoquoque anno, a tal fidancia est don Bartolomeu, genero de Domingo molinero. Et est fidancia per predictus don Bartolomeu que paquet predicto incenso in unoquoque anno, a tal fidancia est don Per de Canillac. Et est fidancia que predictus don Martin de Lizar paquet predicto incenso in unoquoque anno, a tal fidancia est don Simon el ferrero. Et est fidancia per facere paccare predicto incenso de las duas tendas de don Simon, a tal fidancia est don Martin de Lizar. Et est fidancia per Martin Carrento, per facere paccare predicto incenso in

unoquoque anno, a tal fidancia est don Pere de Canillac; et per Martin de Uncastiello est fidancia per facere paccare predicto incenso in unoquoque anno, a tal fidancia est don Per de Canillac. Similiter est fidancia, ex parte de los monges, que ellos non tollan predictas tiendas ad predictos incensores per secula cuncta, ellos dando predicto incenso sicut superius dictum est, a tal fidancia est don Pere Johan, fillo de don J. de Pradiel.

Sunt testes per manum positi utriusque partibus: don Lop de Barieillas et don Bartholomeu d'Agon, çapatero.

Facta carta in mense ianero, era M^a. CC^a. LXXX^a.

Raymundus scripsit.

1242, abril 12. Zaragoza.

393

Berenguer, canónigo de Tudela, arbitra la causa mantenida entre el obispo y cabildo de Huesca, por una parte, y el abad y convento de Veruela, por otra, sobre el cobro de ciertas imposiciones.

AHN. *Códice 995 B*, ff. 110r-v.

In Dei nomine. Ego magister Berengarius, canonicus tutelanus, arbi-
ter in causa que vertebatur inter venerabilem patrem V., Dei gratia epis-
copum, et capitulum oscensem, ex una parte, et dompnum R[aimun-
dum] Guillelmi abbatem et conventum de Berola, ex altera, super quarta
que debetur racione defunctionis castri et ville de Quarto et pertinentia-
rum suarum, et super quarta que debetur racione defunctionis de Sasga-
llo et hereditatem Eximini de Ançua et Frontini de Ançua de Octura,
et super quarta que debetur racione defunctionis domorum quas habent
in Osca, que omnia sunt in territorio oscense, et super fructibus pre-
ceptis et qui percipi potuerunt de predictis omnibus a tempore quo dicti
abbas et conventus ea habuerunt usque ad hanc diem que omnia epis-
copus et capitulum oscensem petebant ab abbate et conventu de Berola.
Et super omnibus questionibus quas predicti abbas et conventus faciebat

a dictis episcopo et capitulo racione expensarum factorum in castro pre-
dicto et pro eadem et racione trium pitanciarum que ex redditibus castri
debeantur conventui de Berola et racione pecunie quam oportuit dictos
abbatem et conventum solvere creditoribus seu expendere occasione
predici castri et aliarum predictarum possessionum, vis, auditis et inte-
llectis instrumentis, rationibus et allegationibus utriusque habito consilio
sapientum, absolvo eosdem abbatem et conventum per penam quingen-
torum morabetinorum in compromisso statutam ab impetitione dicto-
rum episcopi et capituli oscensi super petitione quarte que debetur
racione defunctionis castri et ville de Quarto et pertinentiarum suarum,
et quarte que debetur racione defunctionis de Sasgalello et hereditatum
predictarum de Octura et domorum de Osca, et super fructibus perceptis
et percipiendis omnium predictorum eisdem episcopo et capitulo oscen-
se super tempore perpetuum silencium imponendo. Et mando et laudo
per penam superius nominata quod abbas et conventus predicti dent
episcopo et capitulo antedictis sexcentis quinquaginta morabetinos, de
quibus dent quinquaginta morabetinos in proximo dominico qua
cantatur Quasimodo et in crastinum festum Sancti Michaelis proximo
venturi trescentos morabetinos. Et in proximo mense ianuarii, alios tre-
centos morabetinos. Predicta vero dominica de Quasimodo dicti abbas
et conventus dent fideiussores idoneos apud Oscam ad arbitrium seu
noticiam G. Petri, prepositi oscensis, de solvendis predictis sexcentis
morabetinis, apud Oscam, dictis episcopo et capitulo oscensi in terminis
superius memoratos. Ad hec ego, magister Berengarius, predictos absol-
vo eosdem episcopum et capitulum oscenses ab impetitionem dictorum
abbatis et conventus berolensium super expensis et debitis quas et que
fecerunt et solverunt quidem abbas et conventus per recuperatione et
retencione castri et ville de Quarto et pertinentiarum suarum et pro aliis
predictis possessionibus eisdem abbati et conventui impono perpetuum
silencium super ipsis. Hec autem omnia et singula mando servari a par-
tibus ut superius sunt expressa, per penam quingentorum morabetino-
rum in compromissorum comprehensam.

Lata fuit hec sententia apud Cesaraugustam, presentibus Stephano Egidii, clerico, et Sancio de Abuoçara, laico, ad hoc vocatis et rogatis testibus II idus aprilis, anno Domini M^o. CC^o. XL^o. secundo.

Sig(*signo*)num Dominici Martini de Alqueçar, publici tabellione Cesarauguste, qui hiis interfuit et de mandato omnium predictorum hoc scripsit anno, die et loco prefixis.

Ego Vitalis, oscensis episcopus, subscribo (*signo*).

Ego P. Petri, prior oscensis, pro me et pro toto capitulo hoc sig(*signo*)num facio.

Ego G. Petri, oscensis prepositus, subscribo (*signo*).

Ego B. de Bardaxin, sacrista iacensis, subscribo (*signo*).

Et ego D. archidiaconus, oscensis canonicus et iacensis, subscribo (*signo*).

1242, mayo, 1.

394

Los frailes del Temple y el concejo de Ambel llegan a un acuerdo con el monasterio de Santa María de Veruela y el concejo de Alcalá sobre el uso del agua que bajaba desde el Moncayo hasta Ambel.

AHN. *Códice 995 B*, ff. 114v-115v

In Christi nomine. Notum sit cunctis presentibus et futuris que contencione era entre los frayres del Temple e los omes de Ambel, de una part, e los monges de Berola e los omes de Alcalá, de la otra, sobre el agua que viene de Monchayo [anan] ad Ambel. E dizian los monges e los omes de Alcalá que devian prender daquella agua ivierno e verano, quando mester oviessen, de la cequia de Ambel, por beber e por todas cosas que mester oviessen por la poblacion de Alcalá. Respondian los frayres e los omes de Ambel que daquella agua non devian prender sinon tanto en lures dias e quando l'agua va en vez, ço es a saber del primer dia de abril en tro a Sant Miguel. La qual contencion fue finada por aviniencia que avien entre si don frayre Ramon de Sierra, maestre

del Temple en Aragon et en Cataluenna, e don [Remon] Guillem abbat del monasterio de Berola. E foron en aquesta aviniencia, el maestre sobredito e don frayre Pero Xemeneç comendador de Novieillas e don frayre Andreu comendador de Ambel e don frayre Martin d'Aniessa comendador de Ribaforada e frayre Beltran de Riossec e frayre Bertran cambrero d'Ambel e frayre Per Ariol capellano de Ambel; e de los omes de la villa de Ambel foron, don Martin d'Arnaldon e don Martin d'Orti e Johan de Baquid e Gonçalbo de Bendelic e Pero Ferrando e Guillem de Caragoça iusticia de Ambel; e de los moros, Çabeçala e Lop de (*ilegible*) e Mahomat Melero e Cahet; e de part de los monges, el abat sobredito e don Guillem d'Engans prior e Sanç de la Fita cellerer maior e don Per d'Orençan tallador e frayre Sanç de Canpan e frayre Pero Lopez; e de los omes de la villa d'Alcalá, don Domingo Martin e Martin de Moncayo e don Bernart Elamo e don Juan Briç e don Juhán de [la Moana] e Xemen Lopez e Martin Lopez.

E todos estos sobreditos barones, por la gracia de Dios e por verdadera paç, vidieron por bien que los sobreditos frayres del Temple e los homes de Ambel dasen del agua en los dias de Ambel en ivierno e en verano a los homes de Alcalá por beber a homes e a bestias por un forado feyto en una piedra, a mesura daquest cereło maior que es sennalado en esta carta. E que puedan los monges fer molinos en la dita cequia en lur terra (*ilegible*) por manera que el agua non se pierda ni ent vala menos la cequia. Examientre estos sobreditos barones, por la gracia de Dios e por verdadera paç, vidieron por bien que los sobreditos monges e los homes de Alcalá dasen agua a los frayres e a los homes de Ambel en aquellos dias que el agua sera d'Alcalá, ço es saber en el tiempo que l'agua va en veç, por un forado feyto en una taula a mesura daquest cereło mayor que es sennalado en esta carta. E que lo curie el çavaçequia de Ambel en el termino de Alcalá. E si por aventura omme de Alcalá enbargasse esta agua e crebantasse la cequia por regar en los dias que es agua de Ambel, por fuerça o a furto, e aquel furtador trobasse el çavaçequia de Ambel forçando o furtando, aia poder de pendrarlo, e si

[del] defendiesse la pendra, el çavaçequia sobredito vaya al sennor o a la justicia de Alcalá e muestre so clamo de aquellos que auran forçada el agua [con los] pennos que valgan el coto; e el coto es a tal como el fuero es de la cequia, ço es a saber, de dia V sueldos e de nueyt LX sueldos; e si por aventura el forado se sarrasse por si enex que entendiesse el çavaçequia que non era feyto por malicia, que non sian tenudos los homes de Alcalá; o si por aventura de suso ni de yuso, fuera de lur termino, ninguno tallasse l'agua por bien o por mal, que los homes d'Alcalá non sean tenudos; e los ditos homes de Alcalá que tiengan lures frontales mundados en tal manera que non se pierda l'agua a ellos ni a los homes de Ambel; e en aquel dia que los homes de Ambel mundaran la çequia, faganlo saber a los homes de Alcalá e en aquel dia monden lures frontales; e aquel por cuja culpa se perdiere el agua por mingua de mondar peyte V sueldos ad aquellos que pierden el agua, por una fila prendan l'agua d'on riegen lur termino en lures dias; e quando auran tenuta el agua en lures dias que ternan el agua a la madre, ço es a saber, a la çequia mayor que va ad Ambel e aquel (*ilegible*) en la cequia como sobredito es peyte el cen[so] sobredito de dia, e de nueyt de LX sueldos; e los homes de Alcalá sean ayudadores e defendedores con los homes de Ambel e con los otros aparceros ensemble, de todo home qui quisiessse mal fer ni estorbar en aquesta cequia contra dreyto e quisiesssen fer fuerça a los de Ambel o a los de Alcalá, como buenos veçinos e buenos parceros. E demas, si por aventura los frayres en los homes \de Ambel/ no tenian las convinçias sobreditas o las crebantassen o las fiçiesse crebantar ellos ni lures homes por alguna manera peyten M moravedis los quales oviessen ganados los monges e los omes de Alcalá mostrado el crebantamiento verdaderamente, o que non quisiesen tener las convinçias leyalmente hun concello al otro, que podiessen pennorar de quascuna part hun concello al otro por aquesta sobredita razon pennoras bivas e muertas e por aquesto non se puedan prender ad armas hun concello al otro e las convinçias sean tenudas por siempre. Examiente si por aventura los monges ni los homes de Alcalá las

convençias sobreditas non tenian o las crebantassen o las fiçiesse crebantar ellos ni lures homes por alguna manera, peyten DC moravedis los quales oviessen ganados los monges e los omes de Ambel mostrado el crebantamiento verdaderamente, e si non quisiesen tener las convinçias leyalmente el un concello al otro; e por aquesto, si non lo tenien, puedan pennorar el un concello al otro por aquesta sobredita razon pennoras bivas e muertas, e por aquesto non se puedan prender ad armas hun concello al otro e las convinçias sean tenudas \por siempre/. E son tenidos de todas estas convinçias sobreditas fer tener deius la pena que puesta es, de part de los frayres de Ambel, todo el concello de Ambel, christianos e moros, por los qui son e por los qui son por venir; e de part del abat e del convent de Beruella, assi como sobredito es, el concello de Alcalá por los qui son e por los qui son por venir. E de aquí enant sean cessadas todas las rencuras e los clamos que fueron entro a aquí de la una part e de la otra por razon desta agua, e daqui a adelant non sian retratados los clamos de la una part ni de la otra deius la pena sobredita.

Actum est hoc prima die madii sub era M^a. CC^a. LXXX^a., anno Domini M^o. CC^o. XL^o. II^o. Presentibus omnibus supradictis. Regnante rege Jacobo in Aragona et in Valencia et in Mayorchas. Episcopo in Tirassona Frontin.

Ego Petrus, notarius publicus et iuratus de Annon, de mandato omnium supradictorum hanc cartam scripsi et hoc sig(*signo*)num feci anno, mense et die predictis.

1242, junio.

395

Pedro Polo de Santa Cruz y su mujer doña María donan al monasterio de Santa María de Veruela unas casas sitas en el lugar de Santa Cruz y una viña en Ceresuel, término de dicho lugar.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.766, núm. 16 (C)

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 46.

In Dei nomine. Notum sit cunctis tam futuris quam presentibus¹⁹ quod hec est carta de donativo que fecimus ego don Petro Polo de Sancta Cruç et uxor mea dona Maria Aznar. Placuit nobis ex optimo corde et spontanea voluntate et damus nostras animas et nostros corpos Deo et Sancte Marie de Berola²⁰; et etiam damus a la casa de Berola et al abbat et omni conventui ibidem²¹ Deo servientibus, presentibus et futuris, unas casas et unam vineam in Sancta Cruçe. Predictas casas habent affrontationes, ex parte orientis, casas de don Martin Dominguez; et ex parte occidentis, casas de don J. Garceç²². Predicta vinea est in termino de Ceresuel et habet affrontationes, ex parte orientis, una peça²³ de don Exemeno de Annaviella; et ex parte occidentis, cequia vicinal²⁴. Sicut iste²⁵ affrontaciones includunt et dividunt per circuitum, sic damus et otorgamos vobis predictas casas et vineam²⁶, totas ab integro de radice, et casas de celo usque ad abissum²⁷, cum suas intratas et cum suas exitas et cum omnibus directis et pertinenciis earum, sine enganno et sine ullo retentu, et sine mala voce sedeant vestras predictas casas et vinea ad hereditatem per secula cuncta tali condicione quod,

19 tam futuris quam presentibus] C: *omm*.

20 Deo et Sancte Marie de Berola] C: a Deo et ad Sancta Maria de Berola.

21 al abbat et omni conventui ibidem] C: al abat et a los monges et a los frayres ibi.

22 J. Garceç] C: Johan Garcez.

23 peça] C: peça de terra.

24 cequia vicinal] C: çequia vezinal.

25 istas] C: iste

26 vineam] C: vinea.

27 usque ad abissum] C: usque abissum.

qual²⁸ de nos passare, que luego accipiant los monges la meytat de la vinea predicta levando el fructo²⁹. Et predicta dona Maria Aznar teneat predictas casas in vita sua et post dies de dona³⁰ Maria Aznar, accipiant semper los monges todas las casas et la vinea. Et per istas predictas casas et vinea dedimus vobis fidanciam salvitatis per forum Tirasone et Cesarauguste et donativo, a tal fidancia est don Pasqual³¹ Vincent.

Sunt testes per manum positi: don Exemeno d'Annaviella et don Domingo Pereç, filio dona Sancha Çaragoça³². Videntes et audientes, dans Sancho de la Fita, cellarer mayor³³, et don Lorent, capellano de Sancta Cruce³⁴.

Facta carta in mense iunio³⁵, era M^a. CC^a. LXXX^a.

Raymundus scripsit.

1242, noviembre 1.

396

Lope Jiménez de Luesia dona al monasterio de Santa María de Veruela sus bienes y heredades en Bulbunte y Zaragoza para después de la muerte de su hermano.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.766, núm. 17.

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 47.

28 qual] C: qualche

29 fructo] C: fruto.

30 de dona] C: de predicta dona.

31 Pasqual] C: Pascual.

32 Pereç, filio dona Sancha Caragoça] C: Perez, fillo de dona Sancha Çaragoça.

33 cellarer mayor] B: cellarer mayor de Berola.

34 Cruce] C: Cruç.

35 carta in mense iunio] C: carta mense iunno.

Notum sit cunctis tam presentibus quam futuris quod ego dompnus Lop Exemenez de Luesia, de buen cuer et de bona voluntate dono a Dios et a Sancta Maria et al convent de Berola, depues dias de mi hermano don Pedro Exemenez, toda la mi hereditat de Buelbuen et la de Caragoça, toda ab integramientre, casas et pieças et vinnas et ortos et ortales, todo hermo et poblado, con todos suis directis et aguas et arbores et entradas et exidas; que pues dias de mi hermano dompno Pero Exemenez que la ayades ad hereditat vestra propria per vendere et dare et inpignare et vestram propriam voluntatem façere per secula cuncta. Et dono vobis fidançias de salvetatem qui vobis salvent toda la dicta hereditatem por fuero de Burgia et de Çaragoça assi como sobrescripto es dompnus Guillermus de Burgia iustiçia et dompnus Bernat de Burgia.

Huius rey testes sunt: dompnus P. Petriz, archidiaconus calataiubensis, et don Pero Mallen, capellan, et don Fertun de Miranda et don Johan de Blasco.

Facta carta die veneris, primo mensis novembris, era M^a. CC^a. LXXX^a.

Johannes de Olit qui hoc scripsit.

1243, octubre 10. Tarazona.

397

El obispo y cabildo de Tarazona donan a Peregrín de Loarre, su vasallo, en beneficio vitalicio, ocho cahices de cereal que el monasterio de Santa María de Veruela les debía dar por las décimas de Maleján y Croch.

AHN. Clero. Carpeta 3.766, núm. 18. Falta sello pendiente.

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 48.

G., Dei gratia episcopus, N. decanus, F. de Vergua, rector ecclesie Sancte Marie de Burgia, totumque capitulum tirasonense ecclesie. Dilectis in Christo filiis abbati et conventui Berole. Salutem in Domino.

Noveritis quod propter multa et grata sevicia que dilectus ac fidelis vassallus noster Peregrinus de Loarre nobis et Ecclesie nostre fecit actenus fideliter et devote facit cotidie et proponit facere dante domino in futurum, damus, concedimus et assignamus eidem in beneficium toto tempore vite sue illa octo kaficia annone, quatuor videlicet tritici et quatuor ordeï, que vos nobis et ecclesie Sancte Marie de Burgia dare tenemini annuatim pro decimis de Malexan et de Crogh, et pro decimis illarum hereditatum quas vos possidetis in Burgia que fuerunt Sancii Gomez et Mathei de Don Guy, seu totam decimationem que ad nos et dictam ecclesiam Sancte Marie de Burgia spectat vel spectare debet in predictis locis. Unde volumus et mandamus vobis firmiter et districte in virtute obediencie quatinus de cetero dicta kaficia seu decimationem in predictis locis spectantem, prefato Peregrino et non alii totaliter persolvatis dum sibi fuerit vita comes.

In cuius rei testimonium presentes literas sigillorum nostrorum munimine roboratas vobis duximus transmitendas. Et quia ego nominatus F. de Vergua, rector ecclesie supradicte, sigillum proprium non habebam cum illud amiseram, sigillo Johannis Iusti consocii mei presentem feci paginam consignari.

Actum est hoc Tirasone, sexto idus octobris anno Domini M^o. CC^o. XL^o. tercio.

1244, enero 12. Tarragona.

398

Constitución dada en el concilio de Tarragona sobre sentencia de excomuni3n a conceder a los depredadores de hombres y bienes eclesiásticos.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 14. Contenido en documento núm. 442.

Cum quidam in aliorum predis, propria comoda studeant invenire sacro approbante concilio excommunicamus omnes invasores et raptores

et depredatores hominum ecclesiarum, rerum ecclesiasticarum et locorum religiosorum, qui bona predicta rapuerint vel invaserint violenter, dummodo persone de quibus querelam habuerint parati fuerint pro ut debuerint iuri stare. Eadem etiam excommunicatione ligamus fautores et receptores predictorum malefactorum, statuentes ut quamdiu principes/males/ malefactores in aliqua villula vel civitate fuerint, ecclesie cessent penitus a divinis. Et si forte principales malefactores mortui fuerint absque satisfactione condigna, licet in articulo mortis absoluti fuerint, eorum corpora non tradantur ecclesiastice sepulture quousque heredes morientium satisfecerint iniuriam passis et dampnum datum fuerit penitus emendatum; nec predicti in sanitate aliquatenus absolvantur nisi cum de premissis omnibus satisfecerint competenter. Simili excommunicationis sententia innodamus omnes illos qui predam clericorum et locorum religiosorum et hominum eorundem receperint scienter in castris suis vel emerint; et castra illa vel ville in quibus retenta fuerit preda, cessent penitus a divinis quousque dampnum datum pro posse studuerint emendare. Et licet invasores et raptores ecclesie in genere sint excommunicati, non tamen iurentur, quousque in spem fuerint denunciati et postquam in spem fuerint denunciati, absolutio talium cuilibet episcopo in sua diocesis auctoritate sacri concilii est comissa.

Edita et publicata fuit hec constitutio per dominum P. Terrachone archiepiscopum in concilio celebrato Terrachone, pridie idus ianuarii, anno Domini M^o. CC^o. XL^o. tercio. Presentibus P. dertusense, G. gerundense, V. oscense, R. ilderdense, V. cesaraugustano, P. pampilonense et P. barchilonense episcopis et procuratoribus absencium episcoporum, et capitulorum cathedralium ecclesiarum.

1244, mayo 3. Zaragoza.

399

Martín de Tauste otorga testamento y entre sus legados consta la deja de cien morabetinos al monasterio de Santa María de Veruela.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 1. Carta partida.

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 49.

In Christi nomine et eius gracia. Sit notum omnibus quod ego dompnus Martinus de Tahust, filius olim dompni Martini de Tahust cui sit requies, ponitus in infirmitate tamen in meo sensu et in mea plena memoria meum facio testamentum et dispositionem mearum rerum mobilium et immobilium et cum voluntate et concessione dompne Guiralde, matris mee, et dompne Sancie Xemenex, uxoris mee, quod si Deus suam voluntatem de me fecerit quod migravero ab hoc seculo inter ipsas et propinquos meos nulla contencio oriatur, et de illis mille D morabetinis quos dompnus Martinus de Tahust, pater meus, et dompna Guiralda, mater mea, dederunt michi, emi hereditatem in Meçalbarba, quam scilicet hereditatem cum iuvis et cum bestiis dimito a dona Guiralda, matri mee, ut habeat ipsam et hereditet ad faciendas suas proprias voluntates. Et dimito ad dominam Sanciam Xemenex, uxorem meam, illos D morabetinis ex predictis mille D morabetinis et casas meas parrochie Sancte Marie Maioris que fuerunt de dompno Guillelmo Arnaldi de Escatron, pro parte de omnibus bonis meis mobilibus et immobilibus et pro tota sua viduitate. Et cum hiis D morabetinis et cum domibus predictis sit bene paccata de omnibus rebus meis mobilibus et immobilibus quod racione viduitatis nec alterius racione nullam rem querat nec possit querere vel demandare ipsa nec etiam aliquis pro ea. Et volo et mando quod istos D morabetinos de uxore mea spondalarii mei compleant ei et persolvant de mobile meo et de debitis meis que michi debent et de fructibus meis quam cicus poterint complere ita quod peracta sepultura mea sicut exierint de rebus meis ante quam alteri homini persolvant ei dictos D morabetinos.

Et ultra hec accipio pro mea anima et pro mea sepultura et pro anima patris mei et pro iniuria quam ipse tenebat DCC L morabetinis, de quibus dimitto domne Orracha, sorori mee, C morabetinis pro parte de omnibus rebus meis mobilibus et immobilibus quod nullam rem aliam

querat nec possit querere pro parte mea nec pro testamento meo nec eciam pro testamento patris mei cum carta nec sine carta; et si quicquam quereret, nil dent ei. Et dimitto monasterio Berole C morabetinos, sub tali conveniencia quod nullam rem aliam querant vel possint querere in rebus meis pro parte mea nec pro parte testamenti patris mei, nec alterius racione que dici vel nominari potest, cum carta nec sine carta; et si quererent, volo et mando quod istos morabetinos non habeant. Et dimitto domino meo episcopo Cesarauguste XXX morabetinis; et mense canonicorum Sancti Salvatoris XX solidos; et dimitto operi eiusdem ecclesie L solidos. Et dimitto mense canonicorum Sancte Marie, XX solidos; et operi eiusdem ecclesie, L solidos. Et dimitto capellano meo maiori qui me comunicavit X solidos; et dimitto subcapellano, V solidos; et dimitto Fratribus Predicatoribus, C solidos; et Fratribus Minoribus, C solidos; et Dominabus Penitencie, L solidos; et unicuique capellano parrochiarum Cesarauguste, II solidos; et unicuique Ospitali, II solidos; et Santo Lazaro, II solidos; et ponti Cesarauguste, XX solidos; et operi Sancte Engracie, X solidos; et dimitto operi ecclesie de Meçalbarba, V solidos; et dimitto Ospitali de Ronçasvallibus, X solidos; et fratribus Sancte Eulalie Barchinone qui trahunt captivos, V solidos; et monasterio Rote, X solidos; et Bartholomea, filia dompni Bernardi de Alfoceia, avunculo meo, in casamento suo, C solidos. Et statuo X solidos super casas meas que sunt extra portam Toleti Cesarauguste, que fuerunt de don Petro Tornero, in hunc modum quod annuatim de logero quod inde exierit dentur X solidos pro vestibis suis capellano altaris Sancti Martini, quam pater meus et mater mea statuerunt in ecclesia Sancte Marie Maioris Cesarauguste, et V solidos scolari qui eum servierit in missis celebrandis. Item volo et mando quod mater mea in diebus suis teneat has casas et, exceptis X solidis de capellano et aliis V solidis de scolare, de illo quod superaverit adobet illas et melioret et teneat in pede ne corruantur. Et post obitum suum teneat has casas dompni Bernardus de Alfoceia, avunculus meus, hoc faciendo sicut dictum est; et post obitum suum teneat propinquior parens meus, hoc faciendo et com-

plendo ut superius continetur. Et dimitto germanis et sororibus dompni Martini de Tahust, patris mei, omnem hereditatem quam pater meus habebat in Tahust et in terminis suis ut habeant ad hereditatem ad faciendas suas proprias voluntates, sub tali conveniencia quod nullam rem aliam querant nec possint querere cum carta nec sine carta, in rebus meis mobilibus et immobilibus pro parte mea nec pro testamento patris mei nec alterius racione; et si aliquam demandam fecerint aut aliquod disturbium moverent, non habeant ea que eis dimitto. Et dimitto Bartholomeo, consanguineo meo, filio dompni Bernardi de Alfoceia, avunculi mei et filio de dona Domenga, C morabetinis quos habeat super casas meas parrochie Sancti Salvatoris; quas vendat domna Guiralda, mater mea, et persolvat dictos morabetinos prefato Bartholomeo.

Et volo et mando quod illos D morabetinos, quos dimitto uxori mee, et illos DCC. L. morabetinos de sepultura mea et de laxas predictas compleant et solvant spondalarii mei de debitis meis que michi debent et de fructibus hereditatum mearum sicut exierint de anno in anno, et tot primum paccet uxori mee. Et dono eis plenam potestatem et dominium colligendi et querendi debita mea et primum paccet uxori mee, sicut superius dictum est, et postea paccet laxas meas unicuique sicut superius mandavi. Et si aliquid superaverit de rebus meis, persolutis dictis D morabetinis de uxore mea et solutis dictis DCC. L. morabetinis de laxis meis, totum aliud mobile et immobile sit de matre mea.

Et hoc testamentum meum et laxas meas pono in protectione domini episcopi Cesarauguste et, osculando manus suas humiliter, exoro ut faciat sequi. Et si quis huic testamento meo contravenierit aut contrarius fuerit, per virtutem ecclesie compellatur ut ne faciat aliquod disturbium vel gravamen. Et si aliquid feci testamentum usque modo, revoco illud quod nullum habeat valorem nec huic valeat in aliquo contraire, imo volo et concedo quod istud testamentum sit semper in suo robore et firmamento.

Et ego domna Guiralda et ego domna Sancia Xemenez hoc testamentum concedimus et laudamus. Et eligo spondalarios meos sine

dampno eorum qui non possint compelli pro ecclesia nec pro iudice seculari dompnus Eximinus de Navascos et dompnus Bernardum de Alfoceia.

Et nos dictus dompnus Eximinus de Navascos et dompnus Bernardus de Alfoceia, sine dampno nostro spondalarii in hoc testamento concedimus et statuimus.

Facto testamento mense madii festo Sancte Crucis, era M^a. CC^a. LXXX^a. secunda.

Sig(*signo*)num Dominici Martini de Alqueçar qui hoc scripsit.

1244, mayo 31.

400

Juan Garcés de Santa Cruz dona al monasterio de Santa María de Veruela una viña sita en término de Santa Cruz.

AHN. *Códice 995 B*, f. 70v.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod hec est carta de donativo que fecimus ego don J. Garceç de Sancta Cruce, gerno de don Ferrand Garcia, et uxor mea dona Sancha. Placuit nobis libenti animo et spontanea voluntate et dedimus Deo et Beate Marie de Berola et a don Ramont Guillem abbat et omni conventui, tam presentibus quam futuris, unam vineam in termino de Sancta Cruce en la erola. Et habet affrontationes, de oriente, via publica; et de occidente, cequia vicinal. Sicut iste affrontationes includunt et dividunt per circuitum, sic dedimus vobis predicta vinea tota ab integro de radice, cum suas intratas et cum suas exitas et cum omnibus suis directis et pertinenciis, sine enganno et sine ullo retentu, et sine mala voce sedeat vestra predicta vinea ad hereditatem per facere inde vestras proprias voluntates per secula cuncta. Et per ista predicta dedimus vobis fidanciam salvitatis per forum Tirasone et Cesarauguste. Donativo a tal fidancia est don Domingo Pereç, fillo de dona Sancha de Caragoça.

Sunt testes per manum positi: don Lop de Variellas et don Simon el ferrero.

Facta carta et donativo mense mayo ultimo die, in presencia de don Rodrigo de Bera, cellarer mayor, et frai Per de Magallon, sacrista, et de fraire Benedit de Leitago, monges de Berola.

Factum fuit hoc sub era M^a. CC^a. LXXX^a. II^a.

Raymundus, scriptor communi concilio Tirasone, hanc cartam scripsit.

1245, enero.

401

Don Pascual Vicent de Santa Cruz y su mujer doña Agnes donan al monasterio de Santa María de Veruela una viña sita en término de Santa Cruz.

AHN. *Códice 995 B*, f. 71r.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod hec est carta de donativo que fecimus ego don Pasqual Vicent de Sancta Cruç et uxor mea dona Agnes. Placuit nobis libenti animo et spontanea voluntate et propter remissionem peccatorum nostrorum dedimus Deo et Beate Marie de Berola et omni conventui unam vineam in termino de Sancta Cruç et assi enrevestimos a don Rodrigo de Bera, cellarer mayor de Berola, por todo el convent. Ista predicta vinea est in Uplenas et habet affrontationes, de oriente, vinea de don Domingo Fuertes; et de occidente, vinea de don Exemeno d'Annaviella. Sicut iste affrontationes includunt et dividunt per circuitum, sic dedimus predicta vinea a todo el convent de Berola, tota ab integro de radice, cum suas intratas et cum suas exitas et cum omnibus suis directis et pertinenciis, sine enganno et sine ullo retentu, et sine mala voce sedeat ista predicta vinea del convent de Berola per secula cuncta. Et per ista predicta vinea, ego predictus don Pasqual Vincent et uxor mea don[a] Agnes dedimus vobis predictus don Rodrigo de Bera, cellarer mayor, in voce de todo el convent de Berola,

fidanciam salvitatis per forum Tirasone et Ce[sa]rauguste et donativo, a tal fidancia est don J. Garceç, gerno de don Ferrant Garcia.

Sunt testes per manum positi: don Lop de Bariellas et don Simon el ferrero.

Facta carta et donativo in mense ianero, era M^a. CC^a. LXXX^a. III^a.
Raymundus scripsit.

1245, febrero 1. Ambel.

402

El comendador de Ambel y Alberite y el comendador de Novillas, con licencia del maestro del Temple en Aragón y Cataluña, permutan una heredad, sita en Litago, al monasterio de Santa María de Veruela por once cahices anuales de cereal, de la medida de Borja, que éste debe darles en la villa de Maleján.

AHN. Códice 995 B, ff. 80r-v.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod nos frater Bernardus de Palombar, commendador de Ambel et de Alberit, et frater Sancius de Oso, commendador de Novellas, de licencia et speciali mandato fratris Willelmi de Cardona, domini magistri milicie Templi in regno Aragonum et in Catalonia, et de consilio et voluntate fratris R. de Serra et fratris Sancii decimarii et fratris P. Ariol, capellani, fratris M. Roldan et fratris P. de Iessona, camerarii de Ambel, damus in cambio quandam hereditatem nostram quam habemus in Leytago, scilicet casas, casales, ortos, ortales, vineas, campos, cum nemoribus, arboribus, aquis, introitibus et exitibus et cum omnibus iuribus et pertinentiis suis heremis et populatis sicut ad nos pertinet et debet modo aliquo pertinere vobis, fratri Willelmo priori, fratri Johanni superiori, fratri R. cellerario maior totique conventui de Berola per XI kaficia cibarie, media tritici et media ordei mesure Burgie, que nobis et successoribus nostris, in villa nostra de Malessan, annuatim in mense augusti solvere assignatis; et vos et omnes successores vestros ad solvendum nobis dictam cibariam in dicta

villa perpetuo obligatis hoc tamen in solucione cibarie providendo ut talis sit cibaria que a vobis sit danda et a nobis accipienda. Dictam itaque hereditatem cum omnibus pertinentiis eiusdem damus vobis ad habendum, tenendum, dandum, vendendum, impignandum et iure hereditario perpetuo possidendum et faciendum, de ipsa et in ipsa, vestram propriam voluntatem tanquam de vestra propria hereditate et de ipsa in presenti vos investimus nichil in ipsa nobis aut nostris successoribus retinentes; et ut de donacione dicte hereditatis securiores esse possitis, promittimus vobis per nos et per successores nostros ipsam vobis et vestris fideliter salvare et de omni mala voce, pro bono foro terre, perpetuo liberare; addentes ut dicta hereditas a voce tributi sit a modo libera et soluta ut possitis vos et omnes successores vestri ipsam iuste et pacifice possidere.

Et nos frater Willelmus prior, frater J[ohannes] supprior, frater R. cellerarius maior totusque conventus monasterii berolensis, per nos et per omnes successores nostros dictam hereditatem de vobis frater B. et frater S. comendatoribus et de aliis fratribus supradictis recipimus modo et forma superius prenotata. Promittentes per nos et per omnes successores nostros vobis et omnibus successoribus vestris quod dicta XI^{cim} kaficia cibarie, media tritici et media ordei, pro cambio dicte hereditatis annuatim in mense augusti, intus in villa nostra de Malessan, certo nuncio vestro fideliter perpetuo persolvamus, ita quod talis sit cibaria que sunt a nobis danda et a vobis accipienda et dictum tributum sine voluntate vestra nunquam alibi permittetur. Et assignamus et statuimus dictam cibariam dari vobis et vestris annuatim in villa nostra de Malessan ut dicta hereditas de Leitago sit a modo nobis et nostris a voce tributi semper libera et immunis.

Actum est hoc in Ambel, presentibus et ad hoc vocatis testibus: M. de Arnaldon, M. de Orti et P. Algars, vicinis de Ambel. Et de monachis: fratre W[illelmo] dicto priore Berole, fratre Benedicto, fratre J[ohan] Maça, fratre S. de Compan.

Fratre Sancius de Tutela, monachus rogatus a domino fratre P. Ariol capellano de Ambel, cum suprascriptione in XI^{ma} linea ubi dicitur “retinentes”, hanc cartam scripsit kalendas februarii era M^a. CC^a. LXXX^a. tercia.

1245, febrero. Tarazona.

403

El Justicia de Aragón determina los términos entre Vera y Tarazona para solucionar el pleito suscitado entre el monasterio de Santa María de Veruela y los vecinos de Tarazona.

AHN. *Códice 995 B*, ff. 17r-v.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus presentem cartam insipientibus que contienda era entre los monges de Berola e los omes de Taraçona sobre el termino que es entre Bera e Taraçona. E don J. Pereç, justicia del regno d’Aragon, ovo mandamiento del sennor rey que departiesse esta contienda e caso de bonos omnes de Taraçona e de Berola, e demando verdat que avien oido e que avien visto daquest termino sobre que era la contienda. E odida la verdat de ambas las partidas, fo al fondon del termino e [puyo] en la talaya que es dita de Bera e mando que plaziendo al sennor rey que del sendero que viene de Bulbuen como va el cabo entro a la talaya, como aguas bierten enta Taraçona fosse de Taraçona, e como aguas bierten enta la val de Bera e de la Figuerola que fosse de Bera e de los monges; e la talaya fosse mollon. E vino de la talaya descendendo por el cerro en iuso entro al cabeçolo que es sobre la pieça que es dita de la Mezquita; e di traveso en tal plano e assi e de cabo ad un pedregal que es çercha el dito sendero de Valbuen; e di en suso fo por el sendero entro alli o se parte el dito sendero e la carrera que va ad Ambel e mando alli fincar mollon. E mando que assi como avie pediado enta Bera fosse de los monges e enta Taraçona fosse de Taraçona; e di en suso como aguas bierten enta Taraçona fosse de Taraçona e como aguas bierten enta Bera fosse de los monges. E en esto

foron con don J. Pereç, de los omes de Taraçona, don Gil d’Almanara e so fillo don Adam e don Domingo de Don Polo e don Petro, fillo de don Pasqual del Molino; e de los monges foron y fray Aximeno de Taraçona e fray Sanç de Canpan.

E depues, passados pocos dias, omes de Taraçona ytaron a los omes de los monges del dito termino e rancuraronse los monges en Taraçona; e los jurados enbiaron alli bonos omes que sabian como era el feyto, nominadamiente don Domingo Jordan, justicia de Tirasona, e so fillo don Jordan e don Domingo de Don Polo e don Gil d’Almanara. E de los monges foron y don fray Guillem prior de Berola e don fray Rodrigo cellarero maior e don fray Ximeno de Tirasona e don fray Assensio e don fray Bartolomeu de Taraçona e don frai Sancho de Tudela e don frai Sanç de Canpan e don frai Martin de Agreda e otros. E foron los ditos bonos omnes en aquel logar ont don J. Pereç avie andado e departieron, assi como don J. Pereç avia mandado, del sendero entro a la talaya e mandaron que la talaya fosse mollon; de en iuso fincaron otro mollon en medio el cerro; e el tercero mollon fo fincado en el plano, cercha una peça de un moro de Samangos; e el sexto mollon fo finchado en el dito sendero cercha el pedregal; e foron di en suso por el dito sendero entro al forchallo o se departe el dito sendero e la carrera que va de Taraçona ad Ambel per val de Scoba e fincharon otro mollon suso en el dito forchallo. E mandaron que di en suso, en tal plano de la parada como aguas bierten enta Taraçona fosse de Taraçona e como aguas bierten enta Bera fosse de Bera e de los monges por razon de Bera.

E este determinamiento fo feyto en las octavas de Nadal e fo octorgado en Taraçona de los jurados e del concello. E desto son testimonias todos los devantditos que foron en el logar de la una parte e de la otra e don Rodrigo de la Justicia, junctero. E de los jurados, don Martin Pereç, fillo de dona Marchesa, e don Lop, fillo de don Helias.

Facta carta in mense febrero, era M^a. CC^a. LXXX^a. III^a.

Raymundus, scriptor comuni concilio Tirasone, hanc cartam scripsit mandato don Domingo Jordan justicia e de los jurados. E foron leydas

estas cartas in Sancta Maria Magdalena ante los jurados e ante muytos bonos omnes del conçello qui todo esto otorgaron.

1245, mayo 3. Zaragoza. 404

Don Rodrigo de Aunés, obispo de Zaragoza, concede al monasterio de Santa María de Veruela la iglesia del Pozuelo con todos los derechos que el obispado tenía sobre ella, salvo el de cena anual, a cambio de un censo anual de cuatro morabetinos áureos alfonsinos pagaderos en la fiesta de San Miguel.

AHN. *Códice 995 B*, ff. 91v-92r.

Pateat universis presentem paginam inspecturis quod nos dompnus Rodericus, Dei gracia cesaraugustanus episcopus, cum assensu et voluntate magistri Bernardi, prioris, et capituli ecclesie Sancti Salvatoris Cesarauguste, bono animo et gratuita voluntate, cum hoc presenti scripto nunc et demum valituro damus vobis fratri Bernardo de Asca, abbati, et monasterio de Berola ecclesiam de Pozuelo, cum omnibus iuribus episcopalibus et aliis omnibus iuribus que ad ipsam pertinent et pertinere debent, quam habeatis et possideatis vos et predictum monasterium inperpetuum libere, pacifice et quiete. Retinemus tamen ibi nobis et nostris successoribus cenam quolibet anno cum nos vel successores nostros vel tenentem locum meum vel successorum nostrorum contigerit dictam ecclesiam personaliter visitare et quatuor morabetinos alfonsinos bonos, auro et rectos pondere, quos annuatim inperpetuum in festo Sancti Michaelis nobis et successoribus nostris detis; et etiam correctionem et reformationem, institutionem et destitutionem vicariorum qui nobis et successoribus nostris, a vobis et a successoribus vestris fuerint canonice presentati et qui venire ad nostram et successorum nostrorum sinodum teneantur; et omnia alia iura, tam ad legem diocesianam quam iurisdictionis ad vos et successores vestros pertinentia in aliis ecclesiis nostre diocesis, exceptis illis que a nobis vobis superius sunt concessa.

Et nos supradictus frater Bernardus, abbas monasterii berolensis, totiusque conventus monasterii memorati recipimus, approbamus et laudamus donationem predictam a vobis domino episcopo et capitulo supradicto nobis et successoribus nostris factam, sicut superius continetur.

Actum est hoc Cesarauguste, in capitulo Sancti Salvatoris, V nonas madii anno Domini M^o. CC^o. XL^o. V^o.

Testes huius rei sunt: M., archidiaconus darocensis, R. de Avuero, cantor, M. Sancier, prepositus, G., infirmarius, R. de Mazarolis, Gondisalvus Tarini et Petrus de Tarba, canonici cesaraugustani.

Ego Rodericus Cesarauguste episcopus hoc sig(*signo*)num facio.

Sig(*signo*)num Dominici Egidii, publicus tabellio Cesarauguste, qui hoc scripsit mandato domini episcopi et capituli memorati.

1245, mayo 27. Pozuelo. 405

El abad y comunidad del monasterio de Santa María de Veruela conceden para poblar la granja del Pozuelo, sita entre Magallón y Rueda, a todos aquellos que vinieran a habitar en ella.

AHN. *Clero. Veruela, carp. 3.767*, núm. 2 (A). Carta partida. Falta sello pendiente pero conserva el lemnisco³⁶.

AHN. *Códice 995 B*, ff. 90r-91v (B)

AHN. *Clero. Veruela, carp. 3.767*, núm. 4 (C)³⁷

36 La copia B es íntegra y fiel al original. La copia C incluye alguna omisión del texto y modificaciones del lenguaje por actualización, sobre todo el cambio de nn por ny; ç por z; Berola por Beruela; sus por sos o simplificación de consonantes dobles, etc. multiplicándose las variantes. La D copia la anterior con algunas variaciones. Debido, pues, a las numerosas variantes que la transmisión del texto ocasiona no se señalarán mas que aquellas que alteran sensiblemente los nombres o el sentido del texto.

37 C cierra el traslado con la cláusula siguiente: *Sig(signo)no de mi Sancho Vicient, notario publico de la ciudat de Çaragoça, qui la present copia de su original saquar fiz e con aquell fielment lo comprove, coregi, emende e con mi*

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 3 (D)³⁸

Publ.: V. de la Fuente, *España Sagrada*, t. L, 422-425, doc. LXI. M^a D. Cabanes Pecourt, “Cartas de población en el dominio verolense”, doc. 4. M^a L. Ledesma, *Cartas de población del reino de Aragón en los siglos medievales*, pgs. 235-237.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Conoscida cosa seya a todos los qui esta carta veran que nos fray Bernard, abbad de Berola, fray Guillem, prior, fray Juan de Tudela, sopprior, fray Rodrigo, cellerero mayor, fray P. de Orençan, tallador, fray D. de Taraçona, cellerero de claves, fray P[edro] de Magallon, sagristam, fray Semeno³⁹ de Taraçona, obrero, fray Bernard, cantor, fray Juan Maça, enfermero de los seglares, fray P. Semeneç de Luesia, confessador de los frayres, fray Vidal, grangero de Meçalcorach⁴⁰, fray Juan de Jacca, portero, fray P. de Moncirier⁴¹, enfermero de los monges, fray G. de Taraçona, hostalero, por nos e por todo el convent de Berola damos a poblar una nostra grangia que es clamada el Poçuelo, entre Magallon e Rueda, a vos pobladores qui agora hy venides a poblar e a habitar personalment a est devandito logar, assi a los qui son a venir como a los qui sodes presentes. E es a saber que damos a vos est dito logar por poblar con todos sos terminos e sos pertinencias, ço es con aguas e passos de aguas, pastos,

(ilegible) *signo la signe*.

38 D añade la siguiente cláusula de cierre del traslado: *Sig(signo)num mei Johannis d'Enbun, habitatoris ville Alagonis, publici auctoritatibusque apostolice ac regia per Aragonum et Valencie regna notarii, qui huiusmodi copiam a suo originali carta pergamenea fundamenti seu populacionis dicti loci del Pozuelo extraxi, et cum eodem originali melius quo potuy comprobavi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum constat de raso, correcto et emendato ubi legitur “sodes en est dito nos”*.

39 Semeno] C: Semetio

40 Meçalcorach] D: Mendoraç

41 Moncirier] C, D: Monciper

herbas, arbores, montes, defesas, prados, lennares e con todas sos tierras heremas e pobladas, con entradas e con essidas⁴² e con todos sos dreytos assi como a nos⁴³ pertenesce o deve pertenescer, ço es de la Font de Cardet entro a la Font Pudia e de las vertientes de las Pennas de Magallon entro al Forcallo de Paretas Ruvias, assi como fo determinado por mandamiento del sennor rey don Alfonso qui lo fiço determinar a don Sanç de Uerta⁴⁴ qui era su maiordomne en est tiempo.

E es a saber, que tenemos en est dito logar casas pora nos e la torr⁴⁵ e logar pora glesia e la era e dos quinnones de la vinea e la mitad del uerto qui es cerca la vinea e heredit pora dos iuvos, assi como es determinado entre nos e vos, e que prenda⁴⁶ de las aguas vecinalment segund raçon, assi como las vuestras heredades, e el dito uerto que aya agua cada sedmana el dia lunes, que ninguno no la pueda embargar, assi como puesto es entre nos e vos.

E retenemos en est dito logar el forno pora nuestro sennorio, que ninguno no end hy⁴⁷ pueda fer ni aver sino nos. E retenemos todos dreytos de glesia pora nos, ço es oblaciones, decimas e primicias⁴⁸ de todos frutos que en el dito termino se collieren; e de criaçones de ganados e de queso e de lana e de todas otras cosas que fideles christianos deven dar a so glesia parrochial segund la costumne del bispado de Çaragoça. E nos que mantengamos la dita glesia de clerigo e de escolano e de libros e de vestimentos⁴⁹ e de las otras cosas que glesia ha

42 essidas] C: sallidas; D: salidas

43 a nos] D: hanc le

44 Uerta] C: Huerta; D: Guerta

45 torr] C, D: cort

46 e que prenda] D: e prenga

47 end hy] D: endi

48 primicias] C, D: promicias

49 vestimentos] D: ornamentos

menester, segunt raçon, e vos, por natura ni por veçindad⁵⁰, no y podades clerigo aver ni establir sino aquel qui nos quisieremos.

E retenemos encara en est dito logar pora nos todos dreytos entegrament en aguas, en montes, en defesas, en colonias, en herbas e en todas cosas que a sennoria pertenescen. E demas, que los ganados nuestros de Berola puedan siempre pascer e andar en los pastos que hy seran e beber en aquellas aguas que hy son o que hy seran, assi como los vuestros; e si de otros ganados prendedes ren⁵¹ por raçon de aguas, de pastos o de vedados, que la quarta part end dedes fielment⁵² al sennor.

E es a saber, que los pobladores e los herederos de est dito logar, assi los qui son a venir como los presentes, son tenudos dar siempre cada anno en el mes de agosto, por trevudo de est logar, L kafices de civera, la meytad de trigo, la meytad de ordio, de la mesura de Magallon, a los sennores dentro en nuestra casa en el Poçuelo. E es a saber, que ninguno heredero de est logar non pueda vender, dar, ni empennar, ni camiar, ni alienar casas ni heredit de est logar a caverro⁵³ ni a clerigo, ni a ninguna infançona o religiosa, ni a casa de orden. E si alguno lo fiçiese, que nos podiessemos emparar la heredad pora nos con fruitos e con labores quantas el hy oviese. E ninguno non pueda laurar las heredades de est dito logar sino aquel qui sera hy⁵⁴ habitador e casa tenient por si o por convinient habitador, qui nos faga e nos cumpla leyalment e fidel todos nuestros dreytos a nos e a la vecindad; e si alguno lo ficiessse, quel podiessemos emparar la heredad e fer end nuestra voluntad.

Es aun a saber, que ninguno de los herederos de est dito logar, por contienda \que aya/ con el sennor o con so veçino, por fuerça o por tuerto que el sennor o el vecino le ficiessse, non se pueda rencurar a

50 ni por vecindad] C: ni por necesidad; D: ni por razon.

51 prendedes ren por raçon] C: prendedes por razon; D: prendedes a la razon.

52 fielment] D: *omm*.

53 caverro] C, D: cavallero

54 hy] C, D: *omm*.

persona infanzona e qui lo fiçiesse que peyte LX sueldos sin perdon nenguno; mas la contienda de ellos o el tuerto quel sennor o el vecino⁵⁵ le ficiessse, seya terminada en el Poçuelo por la justicia o por los jurados que hy seran o devant los sennores de Berola, salvo dreyto del fuero de tierra. Demas, ni alguna fuerça o furto o ferida fosse feyta a alguno e el malfeytor quisiesse⁵⁶ estorcer por falsa jura o por punto o por mala pleytesia, si los jurados en verdad e en pesquisa cierta trueben que tuerto⁵⁷ tiene, salvos los dreytos del sennor, faganlo emendar como veran por dreytos sobre las juras que fiçieron al sennor e al concello, assi que el sennor e el dannoso end seya en paz⁵⁸.

Demas, salvos los dreytos e las convinienzas que de suso son escriptas, assi en dreyto del sennorio como en dreyto de glesia, como mellor pueden seer entendudos, otorgamos a los⁵⁹ ditos pobladores del Pozuelo e a todos los que hy seran depues de vos, por nos e por todos nuestros successores, el fuero de Çaragoça por siempre. E sobre todas estas cosas nos, fray Bernard, dito abbad, con todos los qui de suso son scriptos, por nos e por todo el convent de Berola, assi por los qui son a venir como por los presentes, recibimos vos ditos pobladores e todas vuestras cosas por guardar, por defender e por emparar a todo nuestro poder firmement e fielment assi como las nuestras cosas proprias; e prometemos vos que nos seyamos buenos sennores e leyales en todas cosas; e prometemos a vos que aquest logar devantdito no lo demos a vida de homne, ni lo vendamos, ni lo empennemos a nenguna persona infançona; ni lo demos, ni lo camiemos a casa de otra orden nenguna si vos non

55 por fuerça o por tuerto ... quel sennor o el vecino] C, D: *omm*.

56 quisiesse] D: qui fuese

57 que tuerto] C, D: querto

58 seya en paz] D: seyan enpues

59 a los] C, D: a vos

viñessedes maliciosamientre⁶⁰ contra la dreyturia del sennorio⁶¹ o non ficiessedes desondra que soffrir non deviessemos a persona de orden de nuestra casa de Berola e de sos pertinencias. E porque esta carta valor e firmeça haya por syempre, nos, fray Bernard, devantdito abbad, seyellamosla con nuestro seyello valedero e duradero por siempre.

E nos pobladores qui a aquest devantdito logar del Poçuelo venimos a poblar e ad habitar e ad heredar, por nos e por todos los que hy habitaran depues de nos, recebimos est dito logar con todas estas conviniencias e fueros e usages que de suso son scriptas, assi como mellor puede seer entendudo a vuestro proveyto e al nuestro⁶², de vos devant ditos don Bernard abbad e de todo el convent de Berola. E prometemos a vos por nos e por los que hy seran habitantes⁶³ depues de nos, a buena fe sines mal enganno, e que vos seyamos fideles⁶⁴ vassallos e leyaes nos e los nuestros por syempre; e que atendamos entegrament todas las conviniencias sobrescriptas. E femos vos end omenage de manos e de bocca assi como vasallos deven fer a sennor.

De todo esto son testimonias qui presentes foron a la donacion de esta poblacion en el Poçuelo, don Artal de Luna, sennor de Borgia, e don Martin de Sadava e don Rodrigo de Cascant, caveros, e don P. Luarr, alcayd de Borgia por don Artal de Luna.

Fray Sancho de Tudela, monge de Berola, por mandamiento del abbad e del convent e de los pobladores, escrivie esta carta quinto dia en essida del mes de maio, anno Domini M^o. CC^o. XLV^o et era M^a. CC^a. LXXX^a. III^a. Regnante domno Jacobo, rege in Aragonia et in Valencia et in Catalonia et in regno Maioricarum. Episcopo Roderico in Cesar-

60 maliciosamientre] D: *omm*.

61 sennorio] C, D: *senyor*

62 e al nuestro] D: *omm*.

63 habitantes] D: *omm*.

64 seyamos fideles] D: *seyamos buenos e fideles*

augusta. Episcopo Garsia Frontini⁶⁵ in Tirasona. Episcopo Vitale in Osca. Domno F. infante, procuratore in Aragonia. P. Corneli, maioridomo. G. Romei, sennor in Tirasona et in Aranda et in Alagone. Atorella⁶⁶ in Cesaraugusta.

1245, mayo 27.

406

Diez fiadores de los pobladores que recibieron de manos del abad de Santa María de Veruela la granja del Pozuelo para poblarla, se obligan en nombre de todos a hacer en ella sus casas y residencia desde la siguiente fiesta de San Juan Bautista y durante dos años, aceptando las condiciones impuestas por el monasterio bajo pena de doscientos morabetinos.

AHN. *Códice 995 B*, f. 92r.

Publ.: M^a D. Cabanes Pecourt, "Cartas de población en el dominio verolense", doc. 5.

Notum sit cunctis quod nos P. Justaz, Martinus de Burgia, P. Johannis, clericus, Carbonelius, Johannes Amargo, Arnaldus, J. Baquero, Remont de Bisac, Dominicus de Barba Royá et Johannes Luch, nos omnes simul, per nos et per alios populatores qui in presenti recipimus graniam de Poçuelo ad populandum de manu abbatis et conventus monasterii berolensis, concedimus et profitemur quod sumus obligati sub pena CC^{os} morabetinis domino abbati et conventui de Berola quod, de primo venturo festo Sancti Johannis Babtiste usque ad duos annos, omnes populatores habeamus ibi domos factas in predicta populacione in quibus possimus congrue habitare; et a prefixo termino in antea, vel ante si possimus, teneamus ibi integre domos nostras per nos vel per succes-

65 Frontini] D: *omm*.

66 Atorella] C, D: *Atorrella*

sores habitatores qui dominis et vicin角度ati compleant omnia iura que in dicta populacione tenemur nos personaliter adimplere; et transactis istis duobus annis a prefixo festo incipiamus omnes pariter hereditate et nullus nostrum possit hereditatem quam ibi accipit vendere, permutare vel alienare quousque personaliter eam hereditet secundum forum terre per annum et diem, per se vel per sufficientem habitatorem secundum quod superius continetur. Et quicumque usque ad dictum terminum domum ibi non fecerit in qua possit congrue habitare, vel quicumque usque ad prefixum festum ad dictam populacionem non venerit ad abitandum vel quicumque hereditatem vendiderit, permutaverit vel alienaverit, quousque pro ut dictum est, eam iure hereditario hereditaverit, perdat hereditatem et expensas quas ibi fecerit et labores, et permutacio vel vendicio vel alienacio penitus irritatur et nullum valorem habeat venditori vel emtori. Insuper, ut predicta omnia firmus et fidelius observentur, nos predicti fideiussores obligamus nos ad penam CC aureos si defecerimus in predictis quos dicti abbati et conventui solvere teneamur.

Et nos, predicti abbas et conventus monasterii de Berola, recipimus vos predictos decem fideiussores pre (*sic*) omnibus convenienciis superscriptis et ab hac die ponimus vos in possessionem tocius nostre hereditatis de Poçuelo. Hoc etiam inter nos et vos interposito pacto quod infra istos duos annos predictos possimus nos et vos addere vel minuere, bona fide et sine fraude, si aliqua pro qualibet perenni meliorari potuerint vel mutari.

Huius rei sunt testes: dompnus A. de Luna dominus de Burgia, M. de Sadava et Rodericus de Cascant, milites, et P. Luarr, alcaldius de Burgia.

Frater S. de Tutela, de mandato omnium predictorum, hanc cartam scripsit et per litteris divisit quinto die in exitu mensis madii, anno Domini M^o. CC^o. XL^o. V^o., era M^a. CC^a. LXXX^a. III^a.

1245, septiembre 30. Lyon.**407**

El papa Inocencio IV concede a la Orden del Císter que no pague décimas de las parroquias que están bajo su autoridad.

AHN. *Códice 995 B*, f. 6r.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationibus tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris iustis precibus inclinati, auctoritate nobis presentium indulgemus ut in parrochii illis in quibus venies vobis decime sunt concesse. Non alium quoque de quibus aliquis hactenus non percipit proportionem qua veteres nos contingant percipere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attemptare presumpserit, indignatione omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Lugdune, II kalendas octobris, pontificatus nostri anno tercio.

1245, septiembre 30. Lyon.**408**

El papa Inocencio IV concede a la Orden del Císter que los monjes de la orden puedan ser promovidos a órdenes sin examen de los ordinarios, salvo que en ellos existiere crimen notorio o vicios corporales de los prelados.

AHN. *Códice 995 B*, f. 6r.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filii abbatis Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Meritis vestre sacre religionis inducimur ut favoris benigni gratia nos iugiter prosequamur, set in hiis precipue que noscuntur ad cultum divini nominis pertinere. Cum itaque sicut lecta coram nobis universitatis vestre petitio continebat monachi ordinis vestri ab institutione ipsius soliti sint a prelatibus ecclesiarum, sine aliqua examinatione ad ordines promoveri nos devotionis vestre precibus inclinati, ut hoc ipsum circa monachos eiusdem ordinis eis dumtaxat, exceptis in quibus fuerit notorium crimen vel enorme corporis vitium a prelatibus eisdem perpetuis temporibus observetur auctoritate presentium duximus statuendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario comunire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Lugdune, II^e kalendas octobris, pontificatus nostri anno III^o.

1245, septiembre 30. Lyon.

409

El papa Inocencio IV confirma todos los privilegios, gracias e inmunidades concedidos a la Orden del Cister por la Sede Apostólica.

AHN. Códice 995 B, ff. 6r-v.

Publ.: I. Rodríguez de Lama, *La documentación pontificia de Alejandro IV (1254-1261)*, Roma 1976, doc. 409 tiene el mismo texto aunque está intitulado por Alejandro IV y fechado en 25 de febrero de 1259.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filii abbatis Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulatio-

nibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus sive per privilegia seu alias indulgentias ordini vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Lugdune, II^e kalendas octobris, pontificatus nostri anno tercio.

1245, septiembre 30. Lyon.

410

El papa Inocencio IV concede inmunidad a la Orden del Cister de manera que nadie pueda manifestarse en contra de sus estatutos, pudiendo ser sólo visitada y corregida por personas de la propia Orden.

AHN. Códice 995 B, f. 6v.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Thesauro virtutem sit preclara vestra religio suum semper astrinxit affectum quod habetur et in conspectu regis eterni placitare in oculis hominum gratiosa. Ipsa quidem ut columba mitis et humilis et electa domini specialis pulchra per totum aspicitur omnem serugam enormitatis abiiciens et maculam, deformitatis excludens vigilantibus illis qui paterne sollicitudinis in ea gerunt officium quod ibidem nulle possunt [vicio] spine succrescere sed ipsa florum honoris et fructum honestatis inmarcessibili polleat ubertate. Propter hunc et enim sancte comparationis effectum numquam

ordo vester officio aliene visitationis vel correctionis indignit, set de ipso aliquibus aliis reformationis beneficium ex providencia Sedis Apostolice iam provenit. Cum itaque nos qui ex huiusmodi virtuosis actibus spiritu in Domino exultamus claris agnoscamus iuditiis dictum ordinem esse aliis recte vite speculum et salutifere conversationis exemplum, quod ipse sicut olim sit et in posterum ab eiusdem dumtaxat abbatibus ac monachis ydoneis quos vos filii abbates ad hoc provideritis deputandos et a nullo alio visitari possit aut corrigi auctoritate presentium duximus statuendum eadem auctoritate nichilominus decernentes, ut si aliquid contra statutum huiusmodi a quoquam propria extiterit temeritate presumpsum sit irritum et inane; et si forte aliq̄ue sentencie in nos occasione huiusmodi prolata fuerint, nullum robur obtineant firmitatis. Mandato sedis apostolice semper salvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Lugdune, II^o kalendas octobris, pontificatus nostri anno tercio.

1245, septiembre 30. Lyon

411

El papa Inocencio IV ruega, amonesta y exhorta a los obispos mandandoles guardar los privilegios, gracias e inmunidades concedidos a la orden del Cister por la Sede Apostólica. Asimismo, que no les molesten con censuras, declarando nulas las hasta entonces fulminadas; y les ayuden a conservar los privilegios y libertades de las presuras de los malvados.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 6 (B)⁶⁷

AHN. Códice 995 B, ff. 6v-7r (C)

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis decanis, archidiaconis, prepositis, prioribus, archipresbiteris, officialibus et aliis ecclesiasticarum prelatis ad quos litere iste pervenerint. Salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii abbas Cistercii eiusque coabbates et conventus universi cisterciensis ordinis suas ad nos querimonias destinarunt, quod licet eis a sede apostolica sit indultum ut a forensibus conventibus sint immunes nullique liceat in eos vel eorum monasteria seu confratres inibi comorantes excommunicationis, suspensionis aut interdicti contra id quod ab origine ordinis observatum fuisse dinoscitur sententias promulgare, que si promulgatae fuerint/ decernuntur per huiusmodi indulgentiam irritae ac inanes, vos tamen eorum quieti et libertatibus de quo utamur non modicum invidentes ac molientes infringere indulgentiam supradictam in eos contra indultum huiusmodi de facto predictas sententias promulgatis quos ut fatigatis laboribus et expensis interdum ad forenses conventus accedere quandoque sententiarum vestrarum exsequutiones

67 El documento lleva fórmula inicial y final de traslado, sin fecha. Son las siguientes: *Sit omnibus notum quod hoc est transumptum bene et fideliter et de verbo ad verbum extractum, a quodam privilegio santissimi Innocencii pape quarti conscripto, et sigillo suo bulle plumbee, cum filo sirici appendicio comunito, non rasso, non viciato, non abolito, non cancellato nec in aliqua sui parte suspecto, cuius tenor talis est:*

Sig(signo)num mei Egidii Garcesii, notari publici Burgie et Magallonis, qui de predicto transumpto testes fui. Sig(signo)num mei Eximini Sancii de Vera, notari publici Burgie, Aynçonis et Buruete, de predicto transumpto testes fui. Ego Johanes de Navasa, notarius publicus Burgie et domini regis auctoritate per totum regnum Aragonum, predictum transumptum scribi feci et cum originale privilegio, presentibus dictis notariis et testibus conprobavi, et superscribi feci in VII^a linea ubi legitur “que si promulgatae”, et in testimonio premissorum meum assuetum apposui sig(signo)num.

quacumque sint auctoritate prolate suscipere innitos compellitis pro vestre arbitrio voluntatis quamquam ex generali quod suscepisse dicimini apostolice sedis mandato, teneamini eosdem in suis libertatibus et privilegiis contra pravorum pressuras et molestias defensare, sicque sit ut indulgentia concessa eas causa solacii et quietis sit ipsis vobis contra ipsam quasi conspirantibus causa dispendii et laboris. Cum enim sicut in lege dicitur parum sit in civitate ius esse nisi qui illud tueatur existat dignumque ac conveniens videatur ut indulgentie ac privilegia que devotis et bene meritis indulgentur contra presumptorum audaciam cum expedit deffendantur universitatem vestram, rogamus, monemus et ortamur attente per apostolica vobis scripta in virtute obedientie districte precipiendo. Mandantes quatenus privilegia et indulgentias ac libertates eisdem, ab apostolica sede concessa et eorum consuetudines rationabiles et antiquas firmas et illibatas eis decetero pro apostolice sedis et nostra reverencia. Observantes ab ipsorum super premissis contractione ac molestia penitus quiescatis, ita quod ipsas concessa eas valeant tranquillitate gaudere ac super hoc per sedem eandem non oporteat aliter provideri.

Datum Lugdune, II^e kalendas octobris, pontificatus nostri anno III^o.

1245, septiembre 30. Lyon.

412

El papa Inocencio IV concede a la Orden del Cister que no se pueda excomulgar a familiares, sirvientes y benefactores que muelen en sus molinos y cuecen en sus hornos.

AHN. Códice 995 B, ff. 7v-8r.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur

effectum. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod non nulli ecclesiarum prelati vestris libertatibus invidentes cum eis non liceat ex apostolice sedis indulto in vos excommunicationis vel interdicti sententias promulgare in familiares servientes et benefactores ac illos qui molunt in molendinis vel coquant in furnis vestris quique vendendo seu emendo vel alias vobis comunicant sententias proferunt memoratas sicque non vim in potestatem privilegiorum vestrorum, set sola verba servantes vos quemadmodum excommunicant dum vobis alios comunicare non fuerint et ex hoc iudicari videmini iudicio iudeorum. Et qui vobis comunicant in predictis illud evenit inconveniens quod maiorem excommunicationem incurrant quam excommunicatis, comunicando fuerant incursum. Quare, nobis humiliter supplicastis ut providere quieti vestre super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati ne quis predictorum huiusmodi sententias in fraudem privilegiorum Apostolice Sedis de cetero promulgare presumat, auctoritate presentium inhibemus. Decernentes eas si per presumptionem cuiuspiam taliter promulgari contigerit irritas et inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam vestre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Lugdune, II^e kalendas octobris, pontificatus nostri anno III^o.

1245, septiembre 30. Lyon.

413

El papa Inocencio IV exime a la orden del Cister de ir a los Sinodos o Concilios Provinciales de manera que no puedan ser compelidos por parte de los obispos por sentencia de excomuni3n, suspensi3n o interdicto y exhorta a 3stos 3ltimos a guardar las gracias e inmunidades de los primeros concedidas por la Sede Apost3lica.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, n3m. 5 (A)

AHN. *Códice 995 B*, f. 5v (B)

AHN. *Clero. Veruela, carp. 3.773*, núm. 7 (C). Inserto en documento dado en Veruela el 18 de octubre de 1354.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigore equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis quod licet ordini vestro per privilegia Sedis Apostolice sit indultum ut nullus episcopus seu alia persona ad Synodos vel forenses conventus nisi pro fide vos ire compellat aut in vos vel monasteria seu etiam personas dicti ordinis excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententias promulgare presumat. Que si promulgate fuerint, tamquam contra Apostolice Sedis indulta prolate decernuntur per eadem privilegia irritae ac inanes. Nichilominus tamen plerique prelati et iudices ordinarii ac alii ecclesiarum rectores eadem privilegia quibus muniti estis evacuare superstitionis ad inventionibus molientes asserunt vos pro quavis offensa ratione delicti existere fori sui sicque vocantes vos ad placita capitula et penitentiale forum sicut alios clericos seculares vos super hoc multiplici vexatione fatigant quamquam excessus vestri, tam per generale quam etiam cotidiana capitula que fiunt in singulis monasteriis vestri ordinis, congrua penitentia puniantur. Quare, nobis humiliter supplicastis ut presumptionem talium cohibere paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur attendentes quod etsi ex suscepti cura regiminis de universis Sancte Matris Ecclesie filiis curam et sollicitudinem gerere teneamur, de illis tamen specialius cogitare nos convenit qui postpositis vanitatibus seculi iugem impendunt domino famulatum ac volentes quieti vestre super premissis paterna in posterum sollicitudine providere ut nullus vos seu monasteriorum vestrorum personas ad Synodos vel forenses conventus nisi pro fide dumtaxat vel huiusmodi placita seu capitula vel forum penitentiale absque mandato Sedis Apostolice speciali evocare

etiam delicti ratione presumat, maxime cum vos filii abbates punire excessus quoslibet secundum statuta vestri ordinis parati sitis auctoritate presentium districtius inhibemus, decernentes eadem auctoritate sententias si quas hac occasione per presumptionem cuiuspiam promulgari contigerit irritas et inanes, salvo in omnibus Apostolice Sedis mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Lugdune, II kalendas octobris, [pontificatus nostri anno III^o].

1245, octubre 9. Lyon.

414

El papa Inocencio IV confirma todo los privilegios concedidos a Santa María de Veruela por los Sumos Pontífices, sus antecesores, recibe bajo su protección al citado monasterio y a todos sus bienes, haciendo mención de los poseídos en ese momento, y enumera otra serie de disposiciones conducentes al buen gobierno del monasterio.

AHN. *Códice 995 B*, ff. 4r-5v.

Publ.: C. Monterde, *Colección diplomática del monasterio de Fitero*, doc. 222, dirigido a Fitero, variando la enumeración de las posesiones propias de cada uno de ellos.

Innocencius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis abbati monasterii de Berola cuiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis inperpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicam convenit, adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium Sancte Dei genitricis et Virginis Marie de Berola, tirasonensis diocesis, in quo divino estis obsequio mancipati, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis

scripti privilegio comunimus. In primis, siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et Beati Benedicti regulam atque institutionem cisterciensis fratrum a vobis ante concilium generale susceptam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presenciarum iuste ac canonicè possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, de Macalchorag, de Trayt, de Olvega et de Novierchas, grangias de la Matha, de Villa Mayore, de Ponte, de Morella, grangias cum omnibus pertinentiis earundem, Salgalliello cum omnibus pertinentiis suis, de Quart, de Alchala, de Purolosa, possessiones de Leytago, de Puteolo, de Croch, de Malexan, possessiones, domos quicquid habetis in civitate oscense, domos, possessiones et quicquid habetis in civitate cesaraugustane, domos, molendina et quicquid habetis in Moçarbalbo, in Almunya, in Pinello, in Alagone, in Bitinnena, in Agon, domos, possessiones et quicquid habetis in civitate Tirasone; domos, possessiones et quicquid habetis in Aguero, in Maderola, in Sancta Cruce, in Conchiellos, in Tutela, in Novallas, in Arandega, in Burgia, in Bolbonio, in Boniol, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, pascuis et omnibus aliis libertatibus et inmunitatibus suis. Sane laborum vestrorum de possessionibus habetis ante concilium generale ac etiam novalium que propriis manibus vel sumptibus colitis, de quibus novalibus aliquis actenus non percepit, sive de ortis, virgultis et piscationibus vestris seu de vestrorum animalium nutrimentis nullis a vobis decimas exigere vel extorquere presumat, Liceat quoque/ vobis clericos vel laycos liberos et absolutos e seculo fugientes, ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum

vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatis sui licencia, de eodem loco discedere, discendentem vero absque comunium literarum vestrorum cautione nullus audeat retinere; quod si quis forte retinere presumpserit, licitum vobis sit in ipsos monachos et conversos regularem sententiam promulgare. Illud districtius inhibentes ne terras seu quodlibet beneficium monasterio vestro collatum liceat alicui personaliter dari aut alio modo alienari absque consensu tocius capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si qui donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemur ne aliquis monachus sive conversus sub professione vestre domus astrictus sine consensu et licencia abbatis et maioris partis capituli vestri, pro aliquo fide iubeat vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra sumam capituli vestri providencia constitutam, nisi propter manifestam domus vestre utilitatem, quod si facere forte presumpserit, non teneatur conventus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit vobis in causis propriis sive civilem sive criminalem contineant questionem fratrum vestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium ius nostrum in aliquo valeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus ne nullus episcopus, ne quelibet alia persona ad synodos vel conventus forenses vos ire vel iudicio seculari de vestra propria substancia vel possessionibus vestris subiacere compellat, nec ad domus vestras causa ordinis celebrandi, causas tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi venire presumat, nec regularem abbatis vestri electionem impediat, aut de instituendo vel removendo eo qui pro tempore fuerit, contra statuta cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Si vero episcopus in cuius parrochia domus vestra fundata est cum humilitate ac devocione qua convenit requisitus substitutum abbatem benedicere et alia, que ad episcopale officium pertinet, vobis, conferre tenuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios novicios benedicere et alia que ad officium suum pertinent exercere, et vobis omnia ab alio episcopo percipere que a vestro fuerint indebite denegata. Illud adicientes ut in recipiendis professionibus que a bene-

dictis vel a benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint, episcopi forma et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta; ut scilicet abbates ipsi episcopo salvo ordine suo profiteri debeant et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur.

Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto vel pro quolibet ecclesiastico sacramento missus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, set hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem, gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur compendat. Quod si sedes diocesani episcopi vacaverit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen ut ex hoc in posterum proprio episcopo nullum preiudicium generetur. Quia interdum proprio episcopo copiam non habetis, si quem episcopum romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem et de quo plenam notitiam habeatis per vos transire contigerit ab eo benedictiones vasorum et vestium, consecrationes altarium, ordinationem monachorum auctoritate apostolice sedis recipere valeatis. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint sive etiam in mercenarios vestros pro eo quod, sicut dictum est, decimas non persolvitis sine aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt seu benefactores vestros, pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint vel ad laborandum adiuverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alii feriantur eandem sententiam protulerit, ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam decernimus irritandam nec ille litere firmitatem habeant, quas tacito nomine cisterciensis ordinis et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit, impetrari.

Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis in vestro monasterio exclusis, excommunicatis et interdictis divina officia celebra-

re. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum solitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem aponere, sanguinem fundere, hominem temere, capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino homini liceat prefatum monasterium temere, perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate.

Lupi, filiorum meorum quibus sit requies, et executrix testamentorum suorum, bono corde et spontanea voluntate dono, concedo et trado, nomine meo et nomine predictorum filiorum meorum, vobis domno fratri Bernardo, abbati monasterii de Berola, casas, casales, tendas et corrales, molinos et molinares traperos et farineros, et omnes hereditates heremas et populatas quas habemus vel habere debemus quoquomodo in Turolio et in suo territorio, que concluduntur infra Vallem Spissam, Dornos, Conchut, Tortalladam, Valdenzebro et Castralbo, aldeas Turolii, in quibus statuo et asigno pro me unum anniversarium sicut et illi statuerunt filii mei singulos anniversarios in eisdem, pro quibus anniversariis dicto monasterio de Berola dictas possessiones perpetuo statuerunt; que omnia supradicta ego, domna Sançia Ortiç nominata, tam pro me quam pro illis, trado vobis domino fratri Bernardo, abbati de Berola, nomine et monasterii pro tribus dictis anniversariis perpetuo in dicto monasterio celebrandis primis tribus diebus dominicis in Adventu; et investio et in plenam corporalem possessionem pono vos dictum dominum fratrem Bernardum abbatem, nomine monasterii supradicti, et trado vobis nomine omnium possessionum supradictorum que habemus in Turolio et in suo territorio infra terminos supradictos, domos que habent affrontationes, de una parte, domos domini regis Aragonum; de alia, domos Marie, filie Vitalis de Urrea, et filiorum suorum; et de aliis partibus, calles publicas.

Quas domos, nomine aliarum possessionum predictorum, vobis trado cum introitibus et exitibus suis a celo usque ad abissum, cum aquis, cum cequiis, cum pratis et pascuis et cum pertinentiis suis, sine fraude, sine mala voce et sine ullo retentu, ut totum integre habeat et possideat perpetuo monasterium de Berola salvum, liberum et quietum ad dandum, ad vendendum, ad cambiandum, ad alienandum et ad faciendum propriam voluntatem tanquam de sua re propria et possessa. Ita enim omnia supradicta trado sicut plenius et melius ad bonum et sanum intellectum prudentum virorum potest intelligi atque dici ad comodum monasterii nominato. Et renuncio penitus omni iuri, omni exceptioni,

foro, legi, rationi, constitutioni statute vel statuende que mihi possent valere et vobis nocere.

Et ad maiorem securitatem monasterii prelibati, ego domna Sançia Ortiç nominata sum fidançia salvitatis ad bonum forum Turolii sive terre et pono mecum dompnum Garssiam Sançez, militem de Morea, alcaldium de Petraselz, aliam fidanciam salvitatis de omnibus supradictis. Et ego Garssias Sanchez me statuo et concedo fidanciam salvitatis de omnibus supradictis, ambo insimul et uterque pro toto, obligantes nos et nostra habita et habenda ad ista omnia pacifice monasterium possidenda. Renunciantes similiter omnibus que nobis possent valere et monasterio nocere.

Quoniam possessionem corporalem predictarum domorum nomine aliarum possessionum predictarum ego frater Bernardus, abbas, de consensu et voluntate conventus monasterii de Berola, de vobis domina dicta Sança Ortiz, nomine vestro et nomine dictorum filiorum vestrorum, recipio. Obligando me et monasterium supradictum ista tria anniversaria annuatim perpetuo celebranda in Adventu Domini, sicut superius est expressum, in monasterio de Berola.

Huius rei sunt testes: frater V., cellerarius maior, frater Alamannus, magister noviciorum, domnus Petrus Martini, officialis domini cesaraugustani episcopi in Turollio, Michael de Sagarra, prior capituli, Johannes Sancii, iuratus et gerens vices iudicis, dompnus Sabastianus, Apparicius, Antonius, Egidius Garini, clericus Sancte Marie Turolii, dompnus Johannes Monnoz, Dominicus Vincencii, cesaraugustani, Dominicus Egidii, dompnus Nunno, Bernardus Scriptor, Martinus Sanz, Martinus Crespo de Fontes Calientes, Johannes de Mengo Lop, Johannes Perez de Dulçes Carnes et Ferrandus de Valero et multi alii.

Actum est hoc apud Turolium XI kalendas februarii, sub era M^a. CC^a. LXXX^a. sexta.

Sig(*signo*)num Martini, clerici Sancte Marie Turolii et notarii publici, qui hoc scripsit et de mandato dicte domne Sancie Ortiz hanc cartam sui sigilli munimine roboravit loco, die et era prefixis.

1248, marzo 26.

431

Lope y Diego, hijos de Lope de Villamayor, ofrecen al monasterio de Santa María de Veruela sus personas y cuantos bienes poseen en Bulbunte y Villamayor.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 11. Carta partida (A)

HN. Códice 995 B, f. 83r-v (B)

Publ.: J. KIVIHARJU, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 52.

Notum sit cunctis quod nos dompnus Lupus et Didacus, filii dompni Lupi de Villa Maiore, ambo simul, communi consilio et pura ac spontanea voluntate, damus et offerimus nos ipsos Deo et Beate Marie et monasterio berolense, eligentes nobis vivere corporaliter in eodem ut eternam vitam pro inde consequi mereamur. Et est sciendum quod damus nobiscum simul in presenti domos, ortos, vineas et peças et omnes hereditates quas habemus vel debere¹³⁵ (*sic*) debemus in Bulbon¹³⁶ et in Villa Maiore et in suis terminis. Domus habent affrontaciones, de duabus partibus, vias publicas; de tertia, domos dompni G. Sanchez de Morea; de quarta, domos Egidii, generi mei dompni Lupi. Prima vinea est in termino de Bargao¹³⁷ et habet affrontaciones, de una parte, vineam Egidii de Baya; de alia parte, vineam Johannis filii Petri Bonel. Secunda vinea est in termino de Roblena et habet affrontaciones, de una parte, vineam de Egidii generi mei dompni Lupi; de alia parte, vineam Bartholomei de Per Albert. Et ortus habet affrontaciones, de una parte, ortum filiorum dompni Lupi capellani; de alia parte, sernam monachorum. Una peça que est in serna habet affrontaciones, de una parte, peça Egidii de Baya; de alia parte, cequiam de Sopez; de tertia parte, viam que est circa molendinum. Alia peça que est in Sirenet habet

135 debere] B: habere.

136 Bulbon] B: Bolbon.

137 Bargao] B: Burgio.

affrontaciones, de una parte, peçam Egidii de Baya; de alia parte, peçam dompni G. Sanchez de Ysar; de duabus partibus, vias publicas. Primum albal est in cabezo del Corvo; secundum et tercium est in cannado de Genestar; unum est circa albal Fortunii de Baya et aliud circa albal Egidii de Baya; quartum albal in congosto est circa albal F[ortunii] de Baya; quintum albal est in illa corona; sextum albal est illud quod affrontat, de una parte, in serna del trullar; de alia parte, in albal F[ortunii] de Baya. Unum casal cum area super illa serna molendini affrontat, de una parte, in cequia de Sopez; de alia, in via publica. Damus, insuper, vobis tres cuppas que capiunt XXVIII nietros.

Sicut dicte affrontaciones concludunt ac dividunt dictas domos et hereditates, sicut damus eas vobis cum aquis, arboribus, introitibus¹³⁸ et exitibus et cum omnibus iuribus et scaliis et cum omnibus pertinentiis earundem, sine aliquo nostro nostrorumque retentu, ut habeatis, possideatis et explectetis eas vos et omnes successores vestri in perpetuum, de ipsis et in ipsis, tanquam de vestra hereditate propria faciendo.

Et nos, frater B., abbas, et conventus monasterii de Berola recipimus dictas domos et hereditates cum treppis et omnibus pertinentiis earundem de vobis dictis dompno Lupo et Didaco qui nos in presenti de predictis possessionibus corporaliter investitis; et recipimus vos in fratres et familiares temporaliter ac spiritualiter, dando et concedendo vobis ambobus in tota vita vestra victum in pane, vino et pulmentis regularibus sicut cuilibet monachorum intus in monasterio berolense ita quod demus vobis domum in qua possitis ibidem honeste et congrue habitare. Concedimus etiam vobis quod demus vobis unum servientem qui vobis serviat in omnibus in quibus vobis serverit serviendum. Preterea concedimus quod quandocumque vobis placuerit¹³⁹ habitum recipere in vita vel in fine vobis illum misericorditer impendamus; et assignamus vobis ad vestes et alias necessitates in quibus non poterit

138 introitibus] B: intratibus.

139 placuerit] B: placeat.

vobis monasterium providere redditus molendini et serne et redditus supradictarum hereditatum in tota vita vestra, ita tamen quod de redditu molendini reficiatur et renovetur quod in eo fuerit renovandum.

Huius rei testes sunt: dompnus Bertolomeus, cappellanus de Bolbon, et dompnus Egidius de Baya, vicinus de Bolbon.

Frater S. de Tutela, de mandato abbatis et conventus predictorum, hanc cartam scripsit anno Domini M^o. CC^o. XL^o. VIII^o., VII^o kalendas aprilis.

1248 [mayo 11]. Villa Cadima.

432

Doña Sancha Ortiz, señora de Peracense, dona al monasterio de Santa María de Veruela la heredad de Las Fraguas, situada entre Peracense y Almohaja, un huerto en este último lugar y treinta fanegas de sal de las salinas de su propiedad a condición de que se considere vecino del lugar y se comprometa en su defensa.

AHN. Códice 995 B, f. 112r-v.

Notum sit cunctis presentem paginam inspecturis quod ego domna Sancia Ortiz, domina de Peracels, dono vobis dompno Bernardo, abbati de Berola, et omnibus fratribus ibidem Deo servientibus, pro remedio anime mee et parentum meorum, cum hac presenti carta semper valitura, illam hereditatem que dicitur de las Fraguas, inter Peracels et Almofaia, totam ab integro, cum exitu et introitu vobis nescessario, cum aquis et herbis et lignis et cum omnibus iuribus suis ad dictam hereditatem pertinentibus, et unum solarium cum orto et area in Almofaia. Dictam hereditatem dono vobis francam et liberam vobis et successoribus vestris pro me et omni generacione mea ad habendam et posidendam et vendendam et impignorandam et ad omnem vestram voluntatem faciendam tanquam de vestra propria hereditate, ita quod de dicta hereditate neque de aliquo labore vestro, quando ibi lavoraveritis aut laborari feceritis, nunquam detis decimam neque primiciam.

Concedimus etiam vobis et mandamus quod sitis vicini in Peracels et in Almofaia et in Mirabet et in omnibus terminis suis ad pascendum, cindendum, ad aquandum, scaliandum et laborandum, et expletetis illam deffesam de Almofaia et omnes alias tanquam vicini proprii. Dono vobis etiam XXX^a fanegas de sale in salinis meis omnibus annis vobis supradicto abbati et conventui vel quicumque pro bono vestro dictas XXX^a fanegas de sale petierit voce monasterii berolensis. Et ut presens carta maiorem habeat firmitatem illam sigillo nostro facimus roborari.

Testes huius donationis: frater Alamannos, frater Sancius de Tutela, monachi, et dompnus Garsia Sanchez de Morea, alcaydus de Peracels, et Garsia de Poyo, milites, S. Martinez, alcayt de Mirabet, (*ilegible*) Salamon, Don Navarro de Vilacadima.

Factum in Villacadima, anno Domini M^o. CC^o. XL^o. VIII^o., V^a idus [maii].

Guillermus de (*ilegible*) Daroca, de mandato domne Sancie Ortiz hanc cartam scripsit et hoc sig(*signo*)num fecit.

1248, mayo, 27. Veruela.

433

Don Guillermo de Mendoza y don Pedro de Santa Cruz confirman la donación que su madre, doña Sancha Ortiz, hizo al monasterio de Santa María de Veruela de unas heredades sitas en Teruel.

AHN. *Códice 995 B*, ff. 112v.

Notum sit cunctis quod nos dompnus Willelmus de Mendoça et dompnus Petrus de Sancta Cruce, filii dompni Willelmi de Mendoça et dompne Sancie Ortiz, concedimus et laudamus donationem illam quam dompna Sancia, mater nostra, fecit monasterio de Berola de hereditatibus de Turolio, pro ut in carta donationis pleni continetur. Primam donationem fecit ratione testamentorum dompni Mathei et dompni Lupi, fratrum nostrorum. Dictam itaque donationem pure ac liberaliter approbamus ita quod nos aut aliquis de successoribus nostris dicte

donationi nunquam contraveniemus aliqua ratione vel aliquis aliis voce vestri. Est tamen sciendum quod si abbas et conventus de Berola vellent vendere dictas hereditates non venderetur alicui dum modo nos vel aliquis nostrum possimus emere iustum precium sine dilatione et eodem modo filiis nostris si quos habuerimus de legitimo matrimonio teneamur. Et ut presens carta maiorem habeat firmitatem nos dompnus Willelmus ipsam sigillo nostro facimus sigillari.

Actum est hoc in Berola, in presentia dompni B[ernardi], abbatis, et fratris V., cellerarii maioris, et fratris Roderici.

Testes manu positi: dompnus G. Sanchez de Morea et dompnus P. Gerra et dompnus G. de Pueyo.

Frater S[ancius] de Tutela, de mandato dompni Willelmi et dompni P[etri] de Sancta Cruce et omnium predictorum, hanc cartam scripsit anno Domini M^o. CC^o. XL^o. VIII^o., VI^a kalendas iunii.

1248, julio 7.

434

Pedro, nieto de Chicot, dona al monasterio de Santa María de Veruela un censo de siete sueldos sanchetes a cobrar sobre un huerto sito en Grisera, vendido a Rodrigo de Lerín y a su esposa Narbona.

ACA. *Diversos. Varia 24*, perg. 66. Original.

In Dei nomine. Conoscida cosa \sia/ quomo io don Pedro, nieto de don Chicot, de bon cuer et de bona voluntat dono a Dios e al monasterio de Beruela por l'alma de don Chicot e por l'alma de mi padre e de mi madre e de todos mis parientes aquellos VII sueldos de sanchetes de ençens, los quales io he en aquel orto de Grisera. El qual devantdito orto io vendi a don Rodrigo de Lerin e a sa muller dona Narbona; que es de la una part iuxta l'almechora de los moros; de la otra part iuxta el orto de don Bertholomeu de la Garda; de las [otras] dos partes iuxta las careras publicas. Et assi dono et otorgo el devant dito ençens que el monesterio de Beruela que lo reciba en cada un anno en el mes de jenero e daqui

adelante que lo ayan quitio e suelto por vender e por enpennar e por fer del toda so propia voluntat assi commo de so propria hereditat por secula cuncta; e io ni nengun parient mio no aya poder de demandar el devant dito ençes si non fuesse por proveyto del devant dito monasterio de Beruela. Son testimonias don Pero Juhan de Barba Roya, clerigo, e don Juhan de Olyn, justicia de Tudela, e don Rodrigo de Lerin.

Facta est hoc mense iulii, VII^a die sub era M^a. CC^a. LXXX^a. VI^a.
Petrus Martin scripsit.

1248, noviembre 15. Veruela. 435

Acta de consagración de la iglesia del monasterio de Santa María de Veruela.

ADPZ. Fondo del monasterio de Veruela, perg. 4. Original.

Anno Domini M^o. CC^o. XL^o. VIII^o., XVII^o kalendas decembris, dedicatum est monasterium Berole et altare maius consecratum a domno Acenario, Calagurre episcopo, in honore \Dei et/ Beate \semper Virginis/ Marie. Et continetur in eo reliquie de Corpore \et Sanguine/ Christi, de pane Cene et de ligno Sancte Crucis, de lacte et lacrimis, de capillis et vestibus Beate Virginis et reliquie beati Johannis Bapstiste et beatorum martirum Emeterii et Celedonii \et beatorum apostolorum Andree, Jacobi Minoris, Bartholomei, Thome, Phi[li]ppi, et beatorum martirum Stephani, Laurentii, Vincencii, Christofori, Blasii et Emeterii et Celedonii, et sanctorum confessorum Martini, Nicholas, Benedicti, et sanctarum virginum Katerine et Lucie. Presente domno G., Dei gratia tirasonensi episcopo, et domno R., abbate Scale Dei, et domno B., abbate Berole et octo aliis abbatibus \de Sacramenia, de Fiterio, de Portaglonio, de [Oliva], de Monte Salutis, de Buxeto, de Sancto Prudencio, de Ferraria/.

1248, noviembre 15. Veruela. 436

Acta de consagración del altar mayor de la iglesia de Santa María de Veruela.

ADPZ. Fondo del monasterio de Veruela, perg. 5. Copia ampliada del texto anterior.

ANNO ab Incarnatione Domini 1248. A constitutione autem mundi 6440. Sub Aera 1286. A Passione vero Domini anni 1216^o. Sub anno Solario 21^o. Lunario vero 14^o. In anno bisextili emendabili anno 4. 17 kalendas decembris. Luna 25^a. Epacta 23^a. Concurrentibus 3^a. Indictione 6^a. Consecratum est hoc templum monasterium simul et altare maius in honore Dei Omnipotentis et Beatae semper Virginis Mariae per manum Azanariae, calaguritanensis episcopi, presente domno Dei gratia G. tyra-sonensi episcopo, et domno Rogerio, abbate Scalae Dei, et domno Bernardo, abbate Berolae et octo aliis abbatibus, scilicet de Sacramenie, de Fiterio, de Buxeti, de Oliva, de Ferrera, de Monte Salutis, de Portaglonio, de Sancto Prudencio et aliarum plurium personarum. Et continentur in eo reliquiae de Corpore et de Sanguine Christi, et de sanguine imaginis Christi, et de pane Cenae Domini, de vestimento Domini, de ligno Domini Sanctae Crucis, de lacte et lacrimis et capillis et vestibus Beatae Virginis et reliquiae beati Johannis Baptistae et beatorum apostolorum Petri et Pauli, de sanguine Sancti Jacobi, fratris Johannis; de lacrymis et capillis et vestibus Johannis Evangelistae et reliquiae Andraeae, Jacobi Minoris, Philipi, Bartholomei, Thomae, Simonis et Iudae; et sanctorum evangelistarum Mathei, Marci, Lucae, et Saturnini, Stephani, Laurentii, Vicentii, Christophori, Blasi episcopi, Thomae archiepiscopi, Savini episcopi, Aniani episcopi, Petri et Alexandrini episcopi, Hypoliti, Mauriti sociorumque eius, sanctorum Thebeorum, Gregorii, Spolitani praesbyteri, Emeterii et Celedonii, Asiseli et Anastasiae, et sanctorum confesorum Gregorii papae, Neemesi papae, Martini, Nicolai, Amandi, Marcialis, Germani episcopi, Benedicti et Bernardi abbatum; et sanctarum virginum Mariae Magdaleneae, Cathaerinae, Luciae, Sabinae,

Valeriae, Margaritae, Christinae, Fidis, Engratiae, Radegundis regina; et sanctarum martirum, confessorum et virginum Barbarae et Helisabeth; et sanctarum prophetarum Anna vidua, Eliseus, Abdias, Zacharias.

1249, julio 5. Tarazona.

437

El obispo de Tarazona y el arcediano de Calatayud, rector de la iglesia de Borja, conceden al monasterio de Santa María de Veruela parte de los frutos de la iglesia de este último lugar, correspondientes a la mesa episcopal de Tarazona, para sustento de un presbítero que celebre diariamente por el alma de P. Pérez, arcediano de Calatayud. A cambio reciben ochocientos sueldos jaqueses que se utilizarán en beneficio de dicha iglesia.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 12.

Publ.: V. de la Fuente, *España Sagrada*, t. XLIX, 433-434, doc. LXIX. J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 53.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ad noticiam perveniat singulorum quod nos G., dignacione divina tirasonensis episcopus, et Fortunius de Vergua archidiaconus calataiubensis, rector ecclesie de Burgia, de consensu et voluntate N. decani, M. Petri archidiaconi, B. Petri sacriste et capituli tirasonense ecclesie, spontanea, scienter et consulte, per nos et successores nostros damus, concedimus vobis fratri B., abbati Berole, et conventui eiusdem monasterii vestrisque successoribus inperpetuum assignamus fructus unius integre porcionis in ecclesia Sancte Marie de Burgia ad mensam tirasonensem episcopi pertinente, ad sustentationem videlicet presbiteri in eadem ecclesia pro anima bone memorie P. Petri, archidiaconi Calataiubii, cotidie celebrantis, ut vos et successores vestri eosdem habeatis et percipiatis integraliter perpetuo diebus singulis, sicut unus de sociis eiusdem ecclesie ibidem continue residentibus, quiete et libere, pacifice

ac potenter, absque contradictione, diminutione et revocatione nostri nostrorumque in posterum successorum. Sane sciendum est quod nos prefati episcopus et F[ortunius] de Vergua, rector ecclesie de Burgia sepefate, pro huiusmodi assignatione fructuum porcionis nomine eiusdem ecclesie recepimus a vobis, memoratis abbate et conventu Berole, octingentos solidos iaccenses, bone legalisque monete, quos inquam profitemur in utilitatem ipsius ecclesie de Burgia totaliter fore versos. Et cum de eisdem nobis fuerit integraliter satisfactum, sponte renunciamus omni exceptioni non numerate pecunie et doli. Volentes itaque super hoc salubriter indempnitati eiusdem monasterii providere ecclesiam de Burgia ad prestationem fructuum portionis predictae, sicut superius continetur, per nos et successores nostros, cum hoc instrumento firmitatem habituro perpetuo vobis prefatis abbati et conventui obligamus. Adicientes quod si forte nos vel aliqui successorum nostrorum hanc concessionem in posterum vellemus infringere aut eidem quibuscumque ratione, modo vel causa aliquatenus obviare ecclesia de Burgia. In cuius utilitatem predicta pecunia noscitur fore versa ad solutionem dictorum octingentorum solidorum deductione et compensatione omnino cessantibus vobis iamdictis abbati et conventui vestrisque successoribus teneatur. Ut autem universa premissorum et singula perpetua firmitate subsistant, nos dicti episcopus et F[ortunius] de Vergua, archidiaconus Calataiubii et rector predictae ecclesie de Burgia, presens instrumentum appositione sigillorum nostrorum propriisque subscriptionibus dignum duximus muniendum. Porro vos memorati N. decanus, M. Petri archidiaconus, B. Petri sacrista et capitulum Tirasone ecclesie hanc concessionem laudantes ipsamque ratam habentes, hoc instrumentum communi sigillo nostro et singularibus subscriptionibus duximus roborandum.

Actum est hoc Tirasone, III^o nonas iulii, anno Domini M^o. CC^o. quadragesimo nono.

Sig(*signo*)num G., Dei gratia tirasonensis episcopus.

Ego F[ortunius] de Vergua, archidiaconus Calataiubi et rector ecclesie de Burgia, laudo et hoc sig(*signo*)no firmo.

Ego N., decanus, subscribo et hoc sig(*signo*)no firmo.

Ego M. Petri, archidiaconus Tirasone, subscribo et hoc sig(*signo*)no firmo.

Ego B. Petri, sacrista, laudo et hoc sig(*signo*)no firmo.

Sig(*signo*)num P. Johanis Guarini. Sig(*signo*)num Egidii Martini de Alagone. Sig(*signo*)num Garsie Eximini. Sig(*signo*)num Martini de Pinna. Sig(*signo*)num Johanis Justi. Sig(*signo*)num Lupi Eximini. Sig(*signo*)num Sancii Petri. Sig(*signo*)num Dodi. Sig(*signo*)num Andree Guarini, canonicarum tirasonensium.

Ego Johannes Justi, cancellarius domini episcopi, hiis interfui et hoc scribi feci et hoc sig(*signo*)num fixi loco, die et anno premissis

En el borde del pergamino: Sigillum Furtunii de Vergua, archidiaconi Calataiubii, Burgie rectori. Sello del cabildo de Tarazona.

1249, noviembre 13. Calatayud.

438

Don Pedro, arzobispo de Tarragona, concede cuarenta días de indulgencias a quien cada año visite la iglesia de Santa María de Veruela en el aniversario de su consagración.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 13.

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 54.

P[etrus], miseratione divina Terrachone archiepiscopus, universis Christi fidelibus per terrachonensem provinciam constitutis ad quos littere iste pervenerint. Salutem et bonis operibus habundare. Quoniam ut ait apostolus omnes stabilimus ante tribunal Christi recepturi pro ut in corpore gessimus sive bonum fuerit sive malum oportet nos diem messonis extreme misericordie operibus pervenire ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes. Quoniam qui parte seminat, parte et metet; et qui seminat in benedictio-

nibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur ecclesia Sancte Marie monasterii de Berola, cisterciensis ordinis, Tirasone diocesis, per venerabilem fratrem A., Dei gratia calagurritanum episcopum, de voluntate et ad preces venerabilis fratris G., Dei gratia Tirasone episcopi, sibi assistentis, XVII^a kalendas decembris fuerit dedicata in honorem Beate Marie Virginis gloriose. Et statuerint idem episcopi que semper, annis singulis, dicta \die/ ipsius dedicationis aniversarium in eadem ecclesia celebretur universitatem vestram, rogamus in Domino et monemus vobis in remissionem vestrorum peccaminum iniungentes, quatinus in predicta die prefatam ecclesiam personaliter visitetis, ut per hec et alia bona que Domino inspirante feceritis, ad eterna possitis gaudia pervenire. Nos enim de Dei misericordia confidentes omnibus vere penitentibus et confessis qui prefata die ad celebrandam dedicationem huius assignata orationis, devotionis vel oblationis causa dictam ecclesiam duxerint visitandam quadraginta dies de iniuncta sibi legitima penitentia per gratiam Sancti Spiritus misericorditer relaxamus.

Datum Calataiubio, idus novembris anno Domini M^o. CC^o. quadragesimo nono.

1249, diciembre 21. Morella.

439

Jaime I, rey de Aragón, recibe del abad del monasterio de Santa María de Veruela la cantidad de tres mil sueldos jaqueses por el cambio realizado entre ellos de las villas de Purujosa y Bulbuenta.

AHN. Códice 995 B, f. 82v.

Publ.: A. Huici y M^a D. Cabanes, *Documentos de Jaime I de Aragón*, II, doc. 514.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros recognoscimus et confitemur vos esse bene pccatos et contentos a vobis fratre B. abbate de Berola et

conventu eiusdem et vestris successoribus inperpetuum, de illa emenda que dare nobis tenebamini ratione concambii de Peruylosa et de Bolbon, facti inter nos et vos, iamdictum abbatem. Recognoscentes nos pro emenda dicti concambii recepisse a vobis predicto abbate tria milia solidos iaccenses. Volumus insuper quod dictum concambium perpetuo, ratum sit atque firmum, sicut in alia instrumenta a nobis vobis facto plenius continetur. Et si forte aliqua carta de cetero appareret inquam vos nobis in aliquo teneamini pro emenda dicti concambii, ipsam revocamus et eam volumus in aliquo unquam alio quod non valere nec ullam habeat roboris firmitatem. Datum Morelle, XII kalendas ianuarii anno Domini M^o. CC^o. XL^o. IX^o.

Signum (*signo*) Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Eximini Petri. G. de Crexello. G. de Angularia. R. (*ilegible*) de Arbanies.

Signum (*signo*) Petri Andree qui, mandato regis pro G. de Bello Loco notario suo, hoc scripsit loco, die et anno prefixis.

1250, abril.

440

Relación de los tributos de Villamayor.

AHN. *Códice 995 B*, f. 84r

Notum sit omnibus quod hoc est remembrance: de la quinonaria de Villamaior, in primas las casas, III quarteras tritici et III ordeí; la quinonaria \de Orta?/, III quarteras tritici et III ordeí; la quinonaria de [Maciech?], I quartera tritici et I ordeí; la quinonaria de Bergamusca, II quarteras tritici et II ordeí; la quinonaria del fondon del trillar, I quartera tritici et I ordeí; la quinonaria del trillar susana, II quarteras tritici et II ordeí; la quinonaria del bal, II quarteras tritici et II ordeí; la quinonaria de Sancta Christina, II quarteras tritici et II ordeí; la quinonaria de (*mancha*), I quartera tritici et I ordeí; la quinonaria de Exarenec, II quarteras

tritici et II ordeí; la quinonaria de Bergel, I quartera tritici (*mancha*) sendos quarteras ordeí; la quinonaria de Buades, II quarteras tritici et II ordeí; la quinonaria de los Albales, II quarteras tritici et II ordeí; la quinonaria de Vineas del Campo, V cantaros de mosto; de vineas cerca la villa, tres cantaros. Et abbat en [Beruela] don B. de Dasca, prior don fray Vidal de Bolbon, cellerer don fray Sancho de Tudela, sacristan don fray P. de Matalon.

Esto fue feito en presencia don Sancho de Malexan, poblador de Villamayor, et Domingo Martin et Johan de Tavuenca. Facta carta in mense aprilis era M^a. CC^a. LXXX^a. VIII^a.

Petrus Brun hanc cartam scripsit per mandamento del concello de Villamayor.

1250, diciembre 7. Calatayud.

441

El caballero Domingo López de Pomar y doña Marquesa de Vera cumplen el legado de la última voluntad de Romea López, hija de Pedro López de Pomar y la dicha doña Marquesa, consistente en la entrega de cien morabetinos al monasterio de Santa María de Veruela para pitanza.

AHN. *Códice 995 B*, ff. 114r-v. Manchas de humedad que dificultan la lectura de parte del texto.

Cunctorum noticie patefiat quod ego dompnus Dominicus Lopez de Pomar, miles, et dompna Marquesa de Vera, scientes, olim Romeam Lopez [de Vera (?), filie] quondam dompni Petri Lopez de Pomar et dompne Marquesie dicte, monasterio de Berola ad opus [cuiusdam pitancie] C morabetinos pie et devote in sua ultima voluntate legasse et disposicionem eiusdem ultime voluntatis sic legitime conditam volentes sicut tenemur omnino ducere ad effectum, cum voluntas [legitime] (*mancha*) testatricis sit penitus adimplenda, ordinacionem eiusdem sicut facta est de predicta pitancia concedentes [et confirmantes] ac per omnia

ratam habentes, per nos et successores nostros, non decepti nec in aliquo circumventi scienter (*mancha*), bono animo et (*ilegible*) voluntate, nos ambo insimul et uterque nostrum insolidum (*ilegible*) mihi domne Marquesie dicte [competencie et compende] de iure et facto debente, concorditer extraximus decem fanecatas [seminarii] ex illa peçie terre que dicitur de Açe[c]ha, sita in territorio de Mo[resi] (*ilegible*) ducentorum aureorum. Que pecia terra, filiis Dominici Don Lazaro in una parte et filiis (*ilegible*) in alia (*ilegible*) Petro de Rada in alia. (*ilegible*) harum vero X fanecatarum seminarii peçie supradicte habeo ego Dominicus Lopez de Pomar iamdictus ratione successionis Romee Lopez prefate in illas quinque fanecatas que sunt site versus Savignan, quas (*ilegible*) adquisiciones dictorum C morabetinos predicte dompne Romee prescripte ipsi monasterio de Berola de presenti (*ilegible*) imperpetuum possidendas libere, pacifice et secure. Ego (*ilegible*) dompna Marquesia de Vera (*mancha*) illas quinque fanecatas seminarii peçie supradicte, que sunt site versus Moresi, iure proprioque hereditario perpetuo possidendas vita et morte a me et meis libere, pacifice et quiete ad inde ab (*mancha*) meum meorumque perpetuo beneplacitum in omnibus et per omnia voluntatem (*mancha*) retentu aliorum. Que omnia ego Dominicus Lopez de Pomar concedo et firmo. Verumptamen ego dompna Marquesia de Vera predicta pro (*mancha*) molendinarum ter[r]itorii de Moresi sunt (*ilegible*) quorum duo molendina in territorii sunt dompne Taresie de Pueyo. Ego autem habeo medietatem aliorum duorum molendinorum que sunt in territorio (*ilegible*) quatuor molendinorum quam medietatem meam totam ab integro, ad opus iamdicte pitancie faciendi, ipsi monasterio de Berola confero de presenti, ab hodie in antea imperpetuum possidendum, libere, pacifice et quiete. Si \vero/ ego Dominicus Lopez de Pomar predictus V^e fanecatas peçie supradicte versus Savignan (*ilegible*), que mihi ut dictum est tetigerint, et ego dompna Marquesia de Vera totam illam medietatem meam dictorum duorum molendinorum, ambo insimul et uterque nostrum insolidum de iure, posse et dominio nostro et nostrorum, cum ingressibus et egressibus, rationibus,

iuribus atque actionibus realibus et personalibus et suis pertinenciis universis in ius, posse et dominium monasterii de Berola tradimus, transferimus et transmutamus ab hodie in antea. Et de presenti vos reverendum patrem fratrem B. Dei gracia abbatem monasterii de Berola, [in titulo] et nomine conventus eiusdem monasterii, in plenam et corporalem possessionem et proprietatem inde mitimus et [introducimus] cum hoc instrumento perpetuo valituro ad habendum, tenendum, possidendum, expletandum et ad omne id quod inde volueritis perpetuo libere faciendum sicut melius, plenius et sanius ad utilitatem ipsius monasterii poterit cogitari; retento quod nunquam hec possint vendi ab aliquo nec alienari nisi comutarentur in melius que comutatio sit [super] huic pitancie deputata. Officium vero huius pitancie, conventus iamdicti monasterii in die dedicationis ipsius monasterii teneantur annis singulis celebrare omnino in quantum redditus et proventus suffecerint possessionum dictarum in remissionem peccaminum quondam dompni Petri Lopez de Pomar et dompne Romee de Vera predicte et nostrorum. Et a nobis et propinquioribus nostris possit compelli conventus huius monasterii ad hoc officium pictancie ut dictum est ex[e]quendum].

Ad maiorem autem cautelam ego Dominicus Lopez de Pomar dono vobis domino abbati predicto et conventui de Berola fidanciam salvitatis pro parte mea et meorum de omnibus supradictis Petrum Gerbeta, qui teneatur vobis et vestris et quibus volueritis omnia supradicta salvare \et/ defendere et facere, habere tenereque quiete ut plens (*sic*) superius continetur et qui teneatur pro me et meis vobis dompne Marquesie et vestris ad observationem omnium premissorum et esse de rati (*ilegible*). Quam fidanciam ego Petrus Gerbeta facio et concedo ut superius continetur.

Et ego dompna Marquesia de Vera dono vobis similiter domino abbati predicto et conventui de Berola fidanciam salvitatis Dominicum Lopez de Pomar predictum, quo teneatur vobis et vestris pro me et meis ipso eodemque modo per singula ut superius continetur. Quam fidanciam ego Dominicus Lopez de Pomar dictus facio et concedo ut melius

superius per singula scribitur. Est autem sciendum quod ego dompna Marquesia de Vera de manu domini abbatis predicti teneo quam diu vivam possessiones predictas et teneor inde in (*ilegible*) officium pictancie supradicte. Cum autem debitum humanitatis exsolvero ad dominium devolvantur monasterii supradicti, libere, pacifice et quiete absque aliquo alio onere, preterquam superius continetur.

Nos autem domnus Bernardus, abbas iamdicti monasterii, et dompnus Rodericus de Vera, vestiarius, et dompnus Alamannus, cantor eiusdem monasterii, nomine et titulo eius conventus laudamus omnia supradicta.

Actum Calataiubii VII^o idus decembris era M^a. CC^a. LXXX^a. VIII^a.

Testes ad hec: dompnus Garsia Ferrandez et dompnus Sanç de Sollo, Michel Munnoç de Pamplona et Paschasius Dominguez frater eius et Bartholomeus de [Don] Sancho.

Sig(*signo*)num Dominici Petri, notarii Calataiubii, qui hec scripsit.

1251, diciembre 10 / 1252, enero 7.

442

Don García, obispo de Tarazona, pronuncia sentencia de excomuniación, cesación “a divinis” y entredicho contra García de Vera y el concejo de Trasmoz por destruir y causar graves daños al monasterio de Santa María de Veruela en el monte de Maderuela, propiedad de éste último.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 14.

Anno Domini M^o. CC^o. L^o. primo, quarto idus decembris. Suscitata inter venerabiles viros fratrem B. abbatem et conventum monasterii berolensis, ex parte una, et dompnum Garssiam de Vera et concilium de Trasmoz, ex altera, coram reverendo patre G., Dei gracia Tirasone episcopo, materia questionis dictus abbas, nomine suo et conventus berolensis, proposuit conquerendo quod prefati G. de Vera et concilium de Trasmoz quendam montem qui dicitur Maderola, ad monasterium

berolensem iure hereditario pertinentem, ciderant violenter ymmo quasi totaliter destruxerant in ipsius monasterii grave preiudicium et gravamen; super quo, idem abbas supplicabat et petebat instanter iusticie sibi plenitudinem exhiberi. Cumque memorati G. de Vera et concilium de Trasmoz citati legitime die assignata nec per se nec per aliquem responsalem aliquatenus comparerent, abbate pro se et conventu suo personaliter conparente et per totam diem et sequentem etiam expectante, tandem idem abbas instrumentum donationis nobilis viri bone memorie dompni Petri Tarasie et instrumentum confirmationis illustrissimi domini Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, prefato episcopo obtulit, per que dictum montem de Maderola constabat evidenter ad ius et proprietatem monasterii pertinere. Quibus diligenter inspectis, cum ratione dictorum instrumentorum dicta Maderola res ecclesiastica censenda prima facie videretur et decissione dicti montis ac destructione et dampno per eosdem G. de Vera et concilium de Trasmoz monasterio berolense ibidem dato, domino episcopo legitime constitisset. Idem episcopus, ad petitionem abbatis, memoratos G. de Vera et concilium de Trasmoz fecit legitime commoneri ut super eo abbati et conventui satisfacerent aut coram eo per se vel responsalem idoneum comparerent, de iure suo si poterant ostensuri. Ceterum cum iidem id facere negligenter ac pertinaciter recusarent, ad instanciam et supplicationem abbatis, constitutionem editam apud Terrachonam in concilio provinciali signatam sigillo domini archiepiscopi exhibentis, dominus episcopus, iuxta continenciam constitutionis, iussit ecclesiam de Trasmoz donec dampnum datum emendarent dicto monasterio cessari penitus a divinis. Tenor siquidem constitutionis is est:

[Contiene documento núm. 398]

Pos hec vero, VII^o idus ianuarii, cum prefati G. de Vera et concilium de Trasmoz, illatis dampnis et iniuriis berolense monasterio non contenti quinque azemilas dicti monasterii afferentes victualia ad sustentatio-

nem conventus per violenciam rapuissent et moniti restituere monasterio easdem nequiter denegarent. Quia dictus G. de Vera ipsas suis usibus applicabat, illas cotidianis laboribus exponendo ad instantem petitionem predictorum abbatis et conventus, pro memoratis dampnis et iniuriis manifestis, dominus episcopus secundum tenorem constitutionis predictae, sepefatum G. de Vera et homines de Trasmoz, qui dampna in premissis monasterio irrogarant ac per hoc in sententias prefate constitutionis inciderant, excommunicatos fecit per suam diocesis publice nunciari. Quod inquam iidem iniuriosum sibi per maxime reputantes ac iniuriam iniuriis cumulare minime formidantes omnes boves iuvarie monasterii armata manu immaniter asportarunt, homines monasterii ipsorum bovum custodie vaccantes atrociter verberantes. Sane cum in hiis et aliis, iidem predictum monasterium opprimentes, conventus nimium iactura deflenda doleret, dominus episcopus frequentibus querelis et clamoribus excitatus, ad ipsum monasterium berolensem personaliter declinavit. Qui cum ibidem moram contraherat, volens plenius inquirere de premissis, nobilis vir dompnus Petrus Cornelii, gerens vices domini regis in regno Aragonum, et cum eo M. Petri, iusticia Aragonum, ad dictum monasterium requisiti personaliter accesserunt. Et cum partibus presentibus de compositione tractarent et nequirent amicabiliter componere inter eas demum abbas et conventus prefate donationis dompnum Petri Taresie et confirmationis domini regis Aragonum, instrumenta in medium producerunt, iuxta continenciam eorundem instrumentorum predictum montem de Maderola nec non et alia in eisdem instrumentis contenta, per iusticiam Aragonum adiudicari ipsi monasterio, cum instancia postulantes, verum cum prefatus M. Petri, iusticia Aragonum, dicta instrumenta comparuisset in prima figura, non abolita, non rasa, non cancellata nec in aliquo viciata, quia a parte predictorum G. de Vera et concilii de Trasmoz contra ipsa instrumenta nichil rationabile obiectum extitit vel ostensum, licet ab ipsa iusticia si volebant contra ea aliquid obicere fuerint sepius requisiti; memorata iusticia de consilio nobilium virorum dompni P. Cornelii, procuratoris Aragonum, dompni

G. Romei, dompni Sancii de Antillone et dompni Sancii de Urradre electi Montis Aragonis et aliorum procerum presencium, dictum montem de Maderola ad ius et proprietatem monasterii berolensis integraliter spectare sentenciando decrevit, sepefatis G. de Vera et Concilio de Trasmoz super eo perpetuum silencium imponendo prout in processu et ipsius sentencie documento dinoscitur plenius contineri. Hiis itaque rite peractis, dictus dompnus P. Cornelii ipsam sententiam ex parte domini regis exequutari mandavit.

Denique licet prefati G. de Vera et concilium de Trasmoz se parituros mandatis ecclesie pluries iactavissent nunquam tantum pro obtinendo absolutionis beneficio voluerint prestare iuxta formam ecclesie iuramentum, set in eadem rebellione et pertinacia fortius persistentes graviora prioribus usque adeo commiserunt, quod monachos ab ipso monasterio berolense dampnabiliter coegerunt ac miserabiliter exulare.

Ego Peregrinus de Loarre, notarius domini episcopi, hiis interfui et hec scripsi et sigillo domini episcopi acta presencia sumpta ab originalibus comuniri anno, diebus et loco prefixis, cum litteris super appositis in XVI^a linea in dictione ubi dicitur “principales”.

1252, abril 4. Tarazona, Catedral de Santa María de la Huerta. 443

Don García, obispo de Tarazona, concede al monasterio de Santa María de Veruela unas casas sitas en el barrio de Santa María la Mayor de Calatayud.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 15. Faltan los sellos pendientes. Conserva dos lemniscos.

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 55.

Pateat universis presentes litteras inspecturis quod nos G., Dei gratia tirasonensis episcopus, in remedium anime nostre et progenitorum

nostrorum, de assensu et voluntate N. decani et capituli tirasonensis ecclesie, scienter et consulte damus, concedimus atque inperpetuum assignamus Deo et Beate Marie monasterii Berole et vobis fratri B. abbati totique conventui eiusdem monasterii vestrisque successoribus in eternum, quasdam domos ad nos pertinentes, sitas Calataiubii in vico Sancte Marie Maioris de Calataiub, contiguas, ex tribus partibus, domibus canonicorum prefate Sancte Marie Maioris et, ex quarta, parte vie publice. Ita videlicet quod vos et successores vestri iamdictas domos habeatis ac iure hereditario possideatis perpetuo et faciatis ex inde quicquid vestre insederit voluntati absque contradictione, diminutione et revocatione nostri nostrorumque in posterum successorum. Ut autem hec nostra collatio robur obtineat perpetue firmitatis nec possit ulterius in irritum revocari, presentem paginam vobis concedimus sigilli nostri appositione munitam. Nos vero N. decanus et capitulum antedicti hanc collationem laudantes ac ratam habentes, ad maiorem corroborationem presens instrumentum communi sigillo nostro vice singularium subscriptionum fecimus communiri.

Quod est actum Tirasone, pridie nonas aprilis in ecclesia Sancte Marie de Orta, in capitulo celebrato anno Domini M^o. CC^o. L^o. secundo.

Testibus specialiter nominatis: M. Petri, archidiacono Tirasone, et F[ortunius] de Vergua, archidiacono Calataiubii.

Ego Peregrinus de Loarre, notarius domini episcopi, hiis interfui et mandato ipsius ac predictorum hec scripsi loco, die et anno predictis.

1252, abril 4. Tarazona.

444

Don García, obispo de Tarazona, exime al monasterio de Santa María de Veruela del pago del censo anual de trigo que le debe entregar por unas casas que el monasterio posee en Calcena.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 16. Falta sello pendiente. Conserva lemnisco.

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 56.

Pateat universis presentes litteras inspecturis quod nos G., Dei gratia tirasonensis episcopus, in remedium nostrorum peccaminum damus atque remitimus Deo et Beate Marie Berole et vobis fratri B. abbati et conventui eiusdem monasterii et successoribus vestris, inperpetuum, censum annuum cibarie qui nobis et predecessoribus nostris dari consuevit pro illis domibus quas emistis in Calcena a Dominico Martini ferrarii, vicino eiusdem loci, que fuerunt de Vincencio; contiguas, ex duabus partibus, viis publicis et, ex tertia parte, fonti eiusdem ville. Volentes et concedentes quod predictas domos cum suis iuribus universis, liberas et immunes, a predicto censu et omni exactione domini vel quacumque alia debita ratione habeatis et possideatis perpetuo, pacifice ac potenter absque contradictione, diminutione et revocatione nostri nostrorumque in posterum successorum. Ut autem presens concessio et remissio robur obtineat perpetue firmitatis nec possit ulterius in irritum revocari presentem paginam vobis concedimus, sigilli nostri appositione munitam.

Quod est actum Tirasone, pridie nonas aprilis anno Domini M^o. CC^o. L^o. secundo.

Testibus presentibus: F[ortunio] de Vergua, archidiacono calataiubense, et Sancio Petri, canonico tirasonense.

Ego Peregrinus de Loarre, notarius domini episcopi, hiis interfui et mandato ipsius hec scripsi loco, die et anno prefixis.

1252, octubre 30.

445

Sancha Pérez, mujer de Tarín de Cortes, otorga sus últimas voluntades.

AMP. Perg. 72. Original. Carta partida. Pergamino.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego dopna Sancia Pereç, uxor de don Tarin de Cortes, habitans in Frescano, cum sim infirma, stando in mea memoria et habenti meam loquelam, cum voluntate et concessione [mariti mei don Tarin] et filie mee Marie de Pueyo, in presencia bonorum hominum, meum facio ultimum testamentum. Primum laxo pro anima mea [fratribus] monasterii de Berola, ad quod monasterium eligo meam sepulturam, scilicet medietas de illa hereditate quam filii mei [Bartolomeo et Marquesa] et Maria de Pueyo dicta compererunt in Agon et in suis terris de don Pedro Lopeç de Luesia et de uxore sua dopna (*ilegible*), filia de don Sancho de Agon, et mihi, de dicta compra, dederunt et habeo in dicta Agon et in [dictas terras]. Sic laxo Deo dictam medietatem [dicte] hereditate ut habeat post obitum meum in suam propriam hereditatem. Tamen volo et concedo quod dictus don Tarin sit de ea tenente (*ilegible*) possidendum et explectandum in omnibus diebus vite sue et post dies suos, [dictam volo et concedo quod dictus conventus plenum posse habeat] (*ilegible*) inparandi dictam laxam iure suo hereditario posidendum et expletandum et ad faciendum inde ex ipso in omnibus [inde vestras proprias volun]tates imperpetuum sicut de sua propria hereditate. Item laxo pro anima mea clericis de Frescano, scilicet dompno Elie (*ilegible*) [Bernardo III solidos et Raymundo XII denarios et ad Elion III denarios et a (*ilegible*) III denarios. Item laxo fratribus minoribus [Burgie] (*ilegible*) quod ex orent Deum pro anima mea in suis sacrificiis. Item ego dicta dona Sancha Pereç pono et constituo spondalarii qui ad (*ilegible*) suas hoc testamentum complere et solvere faciant dicto don Tarin et dicte Marie de Pueyo ut superius continetur et don Elias vicario de Frescano et don Vicient de Ribaforada stagnos de Frescano. Et ego dictus don Tarin et ego dicta Maria de Pueyo hoc testamentum quod dicta dompna Sancia Pereç fecit concedimus et laudamus atque confirmamus; et promittimus et constituimus dictum testamentum salvare et complere ut ipsa dixit et ordinavit. Testes sunt huius rei: don Gil de Cortes et don Andreu de Puerta Vuecha, stagnos de Frescano.

Actum fuit hoc secundo die in exitu mensis octobris, in era M^a. CC^a. LXXXX^a.

Petrus Lupi, publicus notarius de Magallon, iusu et concessione omnium supradictorum hoc scripsit et hoc sig(*signo*)num fecit et per literas divisit.

1253, marzo 16. Veruela

446

El monasterio de Santa María de Veruela entabla controversia sobre la dehesa de Maderuela con García de Vera y los habitantes de Trasmoz.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.763, núm. 2 (A)

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.763, núm. 3 (B). Traslado de 13 de agosto de 1503.

In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti. Pateat universis presentibus et futuris quod cum inter venerabilem abbatem et conventum de Berola, ex una parte, et dompnum Garciam de Vera et homines de Trasmoz, ex altera, magna controversia et contencio verteretur super defesa de Maderola, in qua predicti Garsia de Vera et homines de Trasmoz asserebant se habere usum scindendi, pascendi et quecumque vellent pro suo libito faciendi abbate et conventu supradictis contradicentibus. Post multas vexationes et dampna berolense monasterio irrogata, comparuerint in Berola anno Domini M^o. CC^o. L^o. II^o., XVII kalendas aprilis, coram nobili P. Cornelii, maiordomus et tenente locum domini regis in Aragone, et dompno M. Petri, iusticie Aragonum; presentibus venerabili G., Dei gratia tirasonense episcopo, et nobilibus Garsie Romei et S[ancio] de Antillon et dompno S. electo Montis Aragonis, existente priore Sancte Christine, et multis aliis tam militibus quam clericis et laycis. Et ostensum fuit ex parte predictorum abbatis et conventus instrumentum donationis et confirmationis nobilis Petri Tarisie et matris eius bonum et firmum et in nulla sui parte violatum, in hunc modum:

[*Inserta documento núm. 3*]

Post quod antedicti abbas et monachi ostenderunt aliud privilegium donationis et confirmationis domni Jacobi regis Aragonum, bonum et iustum, non cancellatum, non ratum, non abolitum nec viciatum in aliqua sui parte, videlicet in hunc modum:

[*Inserta documento núm. 361*]

Quibus ostensis et publice lectis, petebat nominatus abbas pro se et conventum iniuriam emendari et sua privilegia iudicari. Tunc ego, iamdictus M. Petri iusticie Aragonum que sim ab altera parte si vellent contra illa privilegia aliquid vel aliqua allegare et nichil responderunt nisi quod petebant diem. Et ego dictus M. Petri, iusticia que sim, ad quod petebant diem et si vellent aut possent assignare causam rationabilem qua mediante deberem eis diem assignare libenter assignaret set illi nullam causam penitus assignaverit nec aliquid contra dictos abbatem et monachos allegaverunt.

Quare ego, sepe dictus M. Petri iusticia Aragonum, auditis item privilegiis et diligenter inspectis, de mandato nobili P. Cornelii, maioris-domus et tenentis locum domini regis in Aragone, et de consilio nobili Garcie Romei et venerabilis S. electi Montis Aragonis et prioris Sancte Christine et aliorum multorum militum et discretorum virorum assistencium, iudicando dico quod privilegia predicta sunt bona et perpetuo in omnibus et per omnia observanda, inponens silencium memoratis Garsias de Vera et suis et hominibus de Trasmoc super premissis, questionibus et querimoniis sempiternum.

Testes sunt huius rey: nobilis S. de Antellon et P. Samangos et P. Jurdan de Exea, milites, et Garsias Exemeneç et J. Just, canonici.

Actum fuit hoc in Berola, in presentia venerabilis G., Dei gratia tirasonensi episcopi, et multorum aliorum.

Ego Marchus, notarius de Alagone, qui de mandato dictorum P. Cornelii et M. Petri iusticie hanc cartam scripsi loquo, die et anno prefixis et hoc sig(*signo*)num feci. Et in vicesima septima linea supra scripsi “et futuris”.

1254, septiembre 8.

447

El abad y monjes del monasterio de Santa María de Veruela donan a doña Mayor de Añón, don Jimeno López y doña Oria Martín la heredad que dicho monasterio posee en Añón, a condición de que a la muerte de todos ellos revierta al monasterio.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 17. Carta partida.

Sia conescuda cosa a todos los hombres, a los presentes e a los qui son por venir, que nos don fray Andreo abbat de Beruela, con voluntad e con otorgamiento de todo el convent de Beruela de monges e de freyres, todos ensemble, damos en beneficio a vos dona Mayor de Annon, filla de don Gil de Bervençana, e a vos don Exemen Lopez, fillo de don Lop Lardon, e a vuestra muller dona Oria Martin la nuestra heredad que nos avemos en Annon; la qual eredad dieron a vos dona Mayor sobredita, ço es a saber, casas, corrales e el huerto e la pieça que se tiene con las casas e el molino e la pieça que se tiene con el molino e la cueva ond y exe el agua e la era e el pallar. Esta sobredita heredad damos a vos sobreditos dona Mayor e don Exemen Lopez e dona Oria Martin en todos los dias de la vuestra vida, vos que la tengades e que la espleytedes qualquiere de vos a mas bevir en paz e sin ninguna sola voç e sin ninguna pleytesia de nos e daquellos qui verran depues nos; e assi, que vos no la podades vender nin dar nin enpennar nin allenar nin en ninguna manera malment a ninguna orden nin a ningun yfançon nin ad hombre del mundo por qui el monesterio de Beruela perdiessse la dita heredad; e depues de vuestros dias, de todos tres sobreditos, torne la heredad al monesterio de Beruela suelta e quitia estis nulla mission. E

la dita heredad damos a vos don Exemen Lopez e a vestra mullier dona Oria Martin por el treudo que nos aviemos a dar a dona Mayor cada un anno en toda so vida, ço es a saber, XVII moravedis de buen oro e de dreyto peso alfonsis e quatro kafices de pan, los dos de trigo e los dos de centeno, e dos puercos de sendos annos e dos arrovas de queso e una arrova de olio, por qui vos siades pagadores e dadores a dona Mayor el sobredito trevudo.

E por qui vos mas seguros seyades desta heredad, damos a vos don Exemen Lopez e a vuestra muller dona Oria Martin fidaça qui faga a vos la dita heredad tener e possedir en todos los dias de la vuestra vida en paç, a don Domingo Martin de Montcayo. E nos dona Mayor e don Exemen Lopez e dona Oria Martin recebimos la dita heredad e el beneficio de vos sobredito abbat e de todo el convent de Beruela con las ditas convinienças; prometemos a vos leyalment, a buena fe, depues nuestros dias la devantdita heredad suelta e quitia e estis nulla mission e con todo el melloramiento que nos en la heredad faremos, en paç render al monesterio de Beruela. Et damos a vos fidaça qui esto faga conplir e atender a don Domingo Martin de Montcayo. E yo don Domingo Martin, non por fuerça mas por grado, de cada una part otorgo me por fidaça e por fer, tener e conplir a cada una de las partidas los sobreditos convenios.

Testimonias de cada una part pregados qui en el lugar fueron por mano metidos, qui esto vidieron e odieron: don Garcia de Stuga e don Duran, vecinos de Annon.

E nos don fray Johan de Tudela, prior de Beruela, e don fray Guillem, soprior, e don Sancho de Tudela, cellerer mayor, e don Bernard d'Oson, tallador, e don Guillem d'Engans, confessador, e don Per d'Aurençan, portero, e don Per de Magallon, sagristan, e don Exemen de Taraçona, ostalero, e don Bernart de Tusaguet, cantor, e don Alaman, enfermero de los seglares, e don Per de Montçori, obrero, e don fray Domingo de Noviercas, enfermero de los monges, nos todos ensemble,

por nos e por todo el convent de Beruela otorgamos todo esto sobrescripto.

Feyta la carta en el mes de setiembre, en el dia de la fiesta de Nativitas Beate Marie, era M^a. CC^a. nonagesima secunda.

Pedro, scrivano publico e iurado de Annon, qui esta carta por mandamiento de todos los devantditos escrivie e por a, be, ce, la partie.

1255, febrero 1. Nápoles.

448

El papa Alejandro IV concede licencia a los abades del Cister y otros sacerdotes de su orden para que puedan, en ausencia de los priores, absolver de la excomuni6n en que hubieran podido incurrir monjes y religiosos de la orden por ejercer la violencia con sus manos.

AHN. *C6dices* 995 B, f. 1r.

Publ.: I. Rodr6guez de Lama, *La documentaci6n pontificia de Alejandro IV*, doc. 84, aunque dirigido a Poblet, hecho en Anagni y datado en 20 de julio del mismo a6o.

Alexander, episcopus, ut supra. Cum sit ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod monachos vestros et religiosas personas vobis subiectas ab excommunicatione, quam pro violenta iniectioe manuum in se ipsos incurrunt, absolvere valeatis ac prioribus vestris super hoc committere vices nostras vobis a Sede Apostolica sit indultum et sepe contingat propter vestram et priorum vestrorum absentiam, illos qui in huiusmodi sententiam incidunt, in ipsa non sine animarum suarum periculo remanere. Nos, vestris in hac parte supplicationibus inclinati quod super his vices ipsis etiam aliis discretis et literatis vestri ordinis sacerdotibus absentibus vobis, committere prout expedire videritis valeatis, vobis auctoritate apostolica presentium plenam concedimus facultatem.

Nulli ergo hominino hominum liceat, ut supra.

Data Neapolim, kalendas februarii pontificatus nostri anno primo.

[1255], febrero 1. Nápoles. 449

El papa Alejandro IV concede a petición del monasterio de Santa María de Veruela que en sus granjas y lugares distantes de las iglesias parroquiales, puedan celebrar los divinos oficios sin perjuicio del derecho de estas últimas.

AHN. *Códice 995 B*, f. 1v.

Publ.: I. Rodríguez de Lama, *La documentación pontificia de Alejandro IV*, doc. 20, pero dirigido a Poblet.

Alexander episcopus, etcetera. Devotionis vestre precibus benignum impertientes assensum, presencium vobis auctoritate concedimus, ut in grangiis et locis vestris que adeo distant ab ecclesiis parrochialibus, quod ad eas pro audiendis diversis officiis non possitis commode habere recursum, liceat vobis, dummodo parrochiani earundem ecclesiarum non intersint, divina eadem celebrare sine iuris preiudicio alieni.

Nulli, etcetera.

Si quis, etcetera.

Data Neapoli, kalendas febroarii [pontificatus nostri anno primo].

[1255], marzo 6. Nápoles. 450

El papa Alejandro IV concede que se pueda proceder contra los apóstatas de acuerdo con los estatutos y los permisos concedidos a la Orden por la Sede Apostólica.

AHN. *Códice 995 B*, f. 1v.

Alexander episcopus, etc. Ex parte vestra nobis extitit intimatum quod non nulli capellani et conversi monialium ordinis vestri post professionem in tempore ordine factam retro respicientes interdum ad seculum et ad alios ordines se transferre propria temeritate presumeant in animarum suarum periculum et scandalum aliorum. Volentes ergo et

honoris eiusdem ordinis et ipsorum saluti paterna diligentia providere ut contra tales velud contra alios apostatas dicti ordinis secundum statuta vestra et indulgentias vobis ab apostolica sede concessas, possitis procedere auctoritate vobis presentium indulgemus.

Nulli etcetera.

Si quis etcetera.

Data Neapoli, II nonas marcii, [pontificatus nostri anno primo].

[1255], marzo 20. Nápoles. 451

El papa Alejandro IV confirma la concesión hecha por su predecesor Inocencio IV de que no sea lícita, sin licencia del abad, la confesión e impartición de absolución por parte de los frailes u otras personas de la orden.

AHN. *Códice 995 B*, f. 1r-v.

Alexander episcopus, ut supra. Preclare religionis nostre favor expositione et sincere devotionis quam sedule erga vos et romanam ecclesiam geritis merita nos inducunt ut vos speciali prerogativa gratie prosequentes vestris precibus quantum cum Domino possumus favorabiliter adiuvamus. Cum igitur felicis recordationis Inocencius pape, predecesor noster, ut in ordine nostro sublata materia scandali religionis conformitas et vite unitas in karitatis integritate serventur vobis suis literis concessisse dicitur ut iuxta eiusdem ordinis statuta, nulli fratrum ipsis ordinis seu alii eiusdem ordinis personis absque abbatis sui licentia liceat cuiquam alterius religiosi vel seculari presbitero censium nec ei confessionis ipsorum audite vel ei absolucionis beneficium impertiri. Vestris devote supplicationibus inclinati quod super hoc vobis est a predicto predecessore nostro concessum gratum habentes et ratum idem auctoritate apostolica confirmamus et presenti scripti patrocinio comunimus.

Nulli ergo, etcetera.

Si quis autem.

Data Neapoli, XIII kalendas aprilis, [pontificatus nostri anno primo].

[1255], marzo 28. Nápoles. 452

El papa Alejandro IV declara la no obligatoriedad que tienen los monasterios de hospedar a prelados diocesanos y cuando lo hacen es por mera generosidad.

AHN. *Códice 995 B*, f. 1v.

Publ.: I. Rodríguez de Lama, *La documentación pontificia de Alejandro IV*, doc. 46, dirigido a Santa María de Huerta con fecha 9 de abril.

Alexander, etcetera. Intimantibus vobis accepimus quod cum exhibeatis vos in hospitalitate omnibus liberales diocessanis vestris ac aliis ecclesiarum prelati eorumque familiis cum ad vestra monasteria declinant, karitative iuxta facultatum vestrarum exigenciam necessaria ministrantes, non nulli prelatorum ipsorum huiusmodi gratiam convertere molientes in debitum ac quod sic sponte inpenditis, sibi deberi ex antiqua consuetudine asserentes, vos et monasteria vestra propter hoc multipliciter aggravant et molestant. Nos, igitur, vestris supplicationibus inclinati, volentes in hac parte quieti vestre paterna diligentia providere, ne quisquam prelati id quod sic gratiose inpenditis, vobis ex debito seu prescripta consuetudine presumat exigere, auctoritate presentium districtius inhybemus.

Nulli ergo, etcetera.

Si quis, etcetera.

Data Neapoli, V kalendas aprilis, [pontificatus nostri anno primo].

[1255], abril 17. Nápoles. 453

El papa Alejandro IV libera a los monjes del Cister del pago de procuraciones a los prelados diocesanos con motivo de la visita de sus monasterios.

AHN. *Códice 995 B*, f. 1v.

Publ.: I. Rodríguez de Lama, *La documentación pontificia de Alejandro IV*, doc. 57, dirigido a Poblet en la misma fecha.

Alexander episcopus, etcetera. Ut infra sedes apostolica induxit vobis provide concedendum, ut a nullo alio nisi a patribus abbatibus seu vestri ordinis monachis a dictis abbatibus super hoc deputatis, visitari vel corrigi valeatis. Quia vero procuratores sic sunt visitationi annexi, ut prelati, non sint, nisi visitent, exhibende, auctoritate presentium, ne quisquam diocesanus aut prelati alius a vobis procuratores huiusmodi exigere vel extorquere presumat, nec vos eos exhibeatis eisdem, districtius inhybemus, decernentes eadem auctoritate irritum et inane. Siquid contra inhybitionem huiusmodi a quoquam proprie fuerit temeritate presumptum, ac sententias, si quas in vos huiusmodi occasione prolata fuerit, non tenere.

Nulli ergo, et cetera.

Si quis autem, et cetera.

Data Neapoli, XV kalendas may, [pontificatus nostri anno primo].

1255, julio 8. Anagni. 454

El papa Alejandro IV concede a los abades de la orden del Cister facultad de poder absolver de excomuni3n e irregularidad a sus s3bditos.

AHN. *Códice 995 B*, f. 1r.

Publ.: I. Rodríguez de Lama, *La documentación pontificia de Alejandro IV*, doc. 76, con fecha 15 de julio y dirigido a Santa María de Huerta; doc. 103,

dirigido a Poblet, datado en 17 de septiembre y con alguna variante textual respecto a éste.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbatis Cistercii eiusque coabbatibus universis cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Licet ad fratrum vestri ordinis pia desudet intentio, ut ab eis in hiis que faciunt prudenter et provide proceditur secundum Deum et ordinis honestatem, aliquando tamen ex conditionis humane fragilitate contingit, quod quidam ex ipsis excedunt in cassibus in quibus excommunicationis sententiam annotatam irregularitatis incurrun; quare a nobis supplicatione humili postulastis, ut cum viri postulatione dediti sint in religionis favorem ad discursibus cohibendi ac propter viarum pericula eisdem fratribus ad nostram presentiam impediatur accessus, providere de benignitate solita curaremus. Nos itaque, pie volentes quod vestra devotio in his que digne possumus, sedem apostolicam repperisse gaudeat gratiosam, ut singuli vestrum in conventibus sibi comis predictis fratribus constitutis ibidem absolute ac dispensatione indigentibus, sive priusquam ordinem intraverit sive post in casibus excesserint memoratis de consilio discretorum fratrum vestrorum qui literati sint et Deum timentes impertiri valeatis absolute beneficium et dispensare cum eis, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem, nisi adeo gravis et enormis fuerit excessus, quod merito sint ad sedem apostolicam destinandi. Ceterum licitum esse volumus, ut tu, filii abbas Cistercii, ceteris coabbatibus tui ordinis ac unus eorum, quod elegeris, tibi super premissis iuxta formam eandem beneficium absolute et dispensationis huiusmodi, si necesse fuerit, largiatur. Verum, ne vobis, filii abbates ex causa more seu difficultates aliquam posset imminere discrimina, singulis diocessanis vestris presentium auctoritate concedimus, ut absolutio et dispensatio huius ab eis obtineri valeat, cum vobis vel aliqui vestrum fuerit oportunitas.

Nulli ergo hominino hominum liceat hanc paginam nostre inhibent non infringere vel ei ausu temerario contrayre.

Si quis hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli eius se noverit incursum.

Data Anagnie, VIII idus iulii pontificatus nostri anno primo.

1255, julio 15. Anagni.

455

El papa Alejandro IV autoriza al Císter a levantar excomuniones, entredichos o suspensiones que puedan pesar sobre los que ingresen en sus casas religiosas.

AHN. *Códice 995 B*, f. 1r.

Publ.: I. Rodríguez de Lama, *La documentación pontificia de Alejandro IV*, doc. 77 dirigido a Santa María de Huerta.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbatis Cistercii eiusque coabbatibus universis cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Celestis amor patrie merces nostras sic alexise perspicitur ut quasi hoc solum dilectationem vobis tribuat, quod divine voluptatis sit placitum et salutem preferat animarum. Procedit ex hoc, quod nos, vestris piis petitionibus favorem largiri benivolum delectantes, maxime cum ex apostolici curia teneamur officii circa religionis auctum attentis et vigiles manere, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut volentibus vestro aggregari collegio, dummodo ipsorum professio subsequatur, qui suspensionis aut interdicti vel excommunicationis si quis sunt ligati, absolute beneficium iuxta formam ecclesie impertiri et ipsos in fratres recipere ac eos qui postea assumptum habitum recoluerint, se talibus in seculo fuisse sententiis innodatos, secundum formam ipsam absolute valeatis, ita tamen quod, si aliqui ex eisdem qui huiusmodi sententiis propter debitum sunt ligati satisfaciant ut tenentur. Ceterum licitum esse volumus, ut supra totum usque ad finem.

Datum Anagnie, idus iulii pontificatus nostri anno primo.

1255, diciembre 4. Letrán. 456

El papa Alejandro IV confirma a la Orden del Císter del monasterio de Santa María de Veruela las bulas de Honorio III e Inocencio III por las que se le exime del pago de las décimas de los frutos de sus propiedades si las cultivan con sus propias manos y a sus expensas, tanto las adquiridas antes como después del Concilio General.

AHN. Códice 995 B, f. 117r.

Publ.: I. Rodríguez de Lama, *La documentación pontificia de Alejandro IV*, doc. 128, dirigido al monasterio de Poblet en la misma fecha.

Alexander episcopus, et cetera. Honorius episcopus, et cetera. Cum abbates cisterciensis ordinis tempore Concilii Generalis ad commonitionem felicis memorie Innocencii pape predecesoris nostri statuerint, ut de cetero fratres ipsius ordinis ne occasione privilegiorum suorum ecclesie ulterius gravarentur de alienis terris et ab eo tempore acquirendis, si eas propriis manibus aut sumptibus colerent, decimas persolverent ecclesiis, quibus ratione prediorum antea solvebantur, nisi cum eisdem ecclesiis aliter ducerent componendum, idem predecessor noster quia sperabat, ut ecclesiarum prelati proniores et edificatores existerent ad exhibendum eis de suis malefactoribus iustitie complementum et eorum privilegia diligentius et perfectius observarent, statutum huiusmodi gratum habens et ratum, hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus privilegiis, extendi voluit et mandavit. Sed quod dolentes referimus, in contrarium res est versa, quia sicut ex inculcata querela abbatum ipsius ordinis frequenter audivimus, nonnulli ecclesiarum prelati et alii clerici eorum privilegia temere contempnentes et contententes maliciose ipsorum pervertere intellectum, eosdem multipliciter inquietant. Nam cum sit ipsis indultum, ut de novalibus, que propriis manibus aut sumptibus excolunt, sive de ortis et virgultis et piscationibus suis, vel de suorum animalium nutrimentis, nullus ab eis decimas exigere vel extorquere presumat; quidam perverso intellectu conficto dicentes, quod hec non posunt nec debent intelligi, nisi de his que sunt ante

Generale Concilium acquisita, ipsos super his multiplici exactione fatigant. Nos igitur eorum quieti paterna sollicitudine providere volentes, universitati vestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus abbates et fratres eiusdem ordinis a prestacione decimarum tam de possessionibus habitis ante Concilium Generale, quam de novalibus sive ante sive post Concilium acquisitis, que propriis manibus aut sumptibus excolunt, necnon de ortis et virgultis, pratis, pascuis, nemoribus, molendinis, salinis et piscacionibus suis et de suorum animalium nutrimentis, singuli vestrum omnino servetis immunes. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compecendo. Datum Laterani, VII kalendas iulii, pontificatus nostri anno VI^o.

Nos igitur eiusdem predecessoris in ac parte preceptum favore apostolico approbantes, idem ad ipsius exemplar a vobis districtius precipimus exequendum.

Nulli ergo omnino, et cetera.

Datum Laterani II nonas decembris, pontificatus nostri anno primo.

1255, diciembre 11. Letrán. 457

El papa Alejandro IV exime a la Orden del Císter del pago de subsidios y colectas y cualquier otra exacción impuesta por la Sede Apostólica o sus legados si no hacía especial mención de la Orden, a la vez que anula las posibles sentencias de excomuni3n que por no pagar se le hicieran.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 18. Copia.

AHN. Códice 995 B, f. 1v.

Publ.: I. Rodríguez de Lama, *La documentación pontificia de Alejandro IV*, doc. 116, dirigido al monasterio de Nuestra Señora de Sobrado, datado el 17 de octubre y alguna diferencia textual por omisión; y doc. 132, similar texto pero dirigido a Poblet, dado el mismo día que a Veruela.

Alexander episcopus, et cetera. Religionis vestre meretur honestas, ut vos, speciali diligentes in domino karitate prosequamur gratia Sedis Apostolice ac favore. Sane tenuitatem vestrorum reddituum et provenituum sollicitate attendentes, ac per hoc volentes alicuius relevacionis solatio vos gaudere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut ad prestationem aliquarum collectarum, subsidiorum et aliorum exactionum imponendarum vobis et domibus vestris a Sede Apostolica seu legatis eiusdem aut ipsorum auctoritate ac mandato non teneamini per litteras ipsius sedis seu legatorum eius, que plenam et expressam de indulgentia huiusmodi et ordine vestro non fecerit mentionem. Nos enim excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias si quas occasione predictorum vos comuniter vel aliquos vestrum ab aliquo promulgari contigerit, decernimus non tenere.

Nulli ergo omnino, et cetera.

Si quis, et cetera.

Datum Laterani, III^o idus decembris pontificatus nostri anno primo.

1256, abril 17. Soria.

458

Alfonso X, rey de Castilla, confirma los privilegios de protección y libertad de pastos concedidos al monasterio de Santa María de Veruela por sus antecesores, los reyes Fernando III y Sancho III de Castilla.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.768, núm. 1.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.771, núm. 15. Inserto en documento de 11 de marzo de 1337.

[*Chrysmón con alfa y omega*] Conosçuda cosa sea a todos los omes que esta carta vieren como yo don ALFONSO, por la gracia de Dios rey de Castiella, de Toledo, de León, de Gallicia, de Sevilla, de Cordova, de Murcia et de Jahen, vi privilegio del rey don Ferrando, mio padre, fecho en esta guisa:

[*Inserta documentos núms. 24 y 313*]

E yo sobredicho rey don Alfonso, regnant en uno con la reyna donna Yolant, mi muger, et con mio fijo el infante don Ferrando en Castiella, en Toledo, en Leon, en Gallicia, en Sevilla, en Cordova, en Murcia, en Jahen, en Baeça, en Badalloç et en el Algarve, otorgo este privilegio et confirmolo.

Fecha la carta en Soria por mandado del rey, XVII dias andados del mes de abril en el era de mill et doçientos et novaenta et quatro annos.

Don Sancho electo de Toledo et chancellor del rey, confirmat. Don Phelip, electo de Sevilla, confirmat.

Don Alfonso de Molina, confirmat. Don Fradrich, confirmat.

Don Alfonso, fijo del rey Juan enperador de Constantinopla et de la emperadriç dona Berenguella, conde do (*sic*), vasallo del rey, confirmat. Don Loys, fijo del emperador et de la enperadriç sobredichos, conde de Belmont, vasallo del rey, confirmat. Don Johan, fijo del emperador et de la emperadriç sobredichos, conde de Montfort, vasallo del rey, confirmat.

Don Juan, arçobispo de Santiago et chancellor del rey, confirmat.

Don Manuel, confirmat. Don Ferrando, confirmat. Don Loys, confirmat.

Don Aboabdille Abennaçar, rey de Granada, vasallo del rey, confirmat. Don Mahomat Abenmahomat Abenhut, rey de Murcia, vasallo del rey, confirmat. Don Abenmahot, rey de Niebla, vasallo del rey, confirmat.

Don Aparicio, obispo de Burgos, confirmat. La Iglesia de Palencia vaga, confirmat. Don Remondo, obispo de Segovia, confirmat. Don Pedro, obispo de Siguenca, confirmat. Don Gil, obispo de Osma, confirmat. Don Mathe, obispo de Cuenca, confirmat. Don Benito, obispo de Avila, confirmat. Don Açnar, obispo de Calaforra, confirmat. Don Lop, electo de Cordova, confirmat. Don Adam, obispo de Plaçencia, confirmat. Don Pascual, obispo de Jahen, confirmat. Don frey

Pedro, obispo de Carthagera, confirmat. Don Pedro Yvannes, maestre de la Orden de Calatrava.

Don Nuno Gomez, confirmat. Don Alfonso Lopeç, confirmat. Don Simon Royç, confirmat. Don Alfonso Telleç, confirmat. Don Ferrant Royç de Castro, confirmat. Don Pedro Nunnez, confirmat. Don Nunno Guillem, confirmat. Don Pedro Guçman, confirmat. Don Raimundo Gomez el Ninno, confirmat. Don Raimundo Alvarez, confirmat. Don Ferrant Garcia, confirmat. Don Alfonso Garcia, confirmat. Don Diago Gomeç, confirmat. Don Gomeç Royç, confirmat. Don Gutier Suareç, confirmat. Don Suer Thelleç, confirmat.

[*Signo rodado con la leyenda*: SIGNO DEL REY DON ALFONSO. EL ALFEREZ DEL REY VAGA. DON JUAN GARCIA MAYORDOMO DE LA CORTE DEL REY LA CONFIRMA]

Don Martin, obispo de Leon, confirmat. Don Pedro, obispo de Oviedo, confirmat. Don Suero, obispo de Çamora, confirmat. Don Pedro, obispo de Astorga, confirmat. Don Leonart, obispo de Ciudad, confirmat. Don Miguel, obispo de Lugo, confirmat. Don Johan, obispo d'Orens, confirmat. Don Gil, obispo de Tui, confirmat. Don Johan, obispo de Mendoneda, confirmat. Don Pedro, obispo de Coria, confirmat. Don Frey Robert, obispo de Silve, confirmat. Don frey Pedro, obispo de Badalloç, confirmat. Don Pelay Pereç, maestre de la Orde de Santiago, confirmat. Don Garcia Ferrandeç, maestre de la Orden de Alcantara, confirmat. Don Martin Nunneç, maestre de la Orden del Temple, confirmat.

Don Alfonso Ferrandez, fijo del rey, confirmat. Don Raimundo Alfonso, confirmat. Don Martin Alfonso, confirmat. Don Raimundo Gomeç, confirmat. Don Rodrigo Frolaz, confirmat. Don Johan Pereç, confirmat. Don Ferrant Yvanes, confirmat. Don Martin Gil, confirmat. Don Gonzalvo Ramireç, confirmat. Don Raimundo Rodrigueç, confirmat. Don Alvar Diaç, confirmat. Don Pelay Pereç, confirmat.

Garci Suareç, merino mayor del Regno de Murcia, confirmat. Maestre Ferrando, notario del rey en Castiella, confirmat.

Roy Lopeç de Mendoça, almirage de la mar, confirmat. Sancho Martineç de Xodar, adelantado de la frontera, confirmat. Garci Pereç de Toledo, notario del rey en el Andalucia, confirmat.

Goncalvo Morant, merino mayor de Leon, confirmat. Roy Suareç, merino mayor en Galliçia, confirmat. Don Suero, obispo de Çamora, notario del rey en Leon, confirmat.

Johan Pereç de Cuenca la scrivio el anno quarto que el rey don Alfonso regno.

Ego Dominicus Petri, publicus notarius ville de Alcala, hoc traslatum privilegii a suo originali bene et fideliter de verbo ad verbum extraxi et sig(*signo*)num meum consuetum apposui.

1256, junio 10 y 15. Zaragoza/ Monasterio de Veruela. 459

La Sede Episcopal de Zaragoza concede al monasterio de Santa Maria de Veruela el diezmo perteneciente a una tierra de su propiedad, sita en Épila, a cambio de un tributo anual de tres cahices de trigo, pagadero en el mes de agosto.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.768, núm. 2. Carta partida (A)

AHN. Códice 995 B, f. 35r-v (B)

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 57.

Noverint universi quod ego dompnus Petrus de Tarba prepositus ecclesie cesaraugustanis sedis, nomine meo et prepositure memorate sedis, cum voluntate et expresso assensu venerabilis patris et domini A., Dei gratia Cesarauguste episcopi, magistri Bernardi, prioris, et capituli ecclesie memorate sedis, dono vobis venerabili dompno Andree, abbati monasterii de Berola, et conventui eiusdem loci Tirasone diocesis, ad tributum inperpetuum, omnem decimam omnium fructuum et reddituum ad ecclesiam ville de Epila, cesaraugustanis diocesis pertinentem, cuiusdam terre vestre site in termino supradicte ville de Epila, videlicet

pro tribus kaficis cibarie mensure Cesarauguste annuatim, bone et pulcre, scilicet, medietatem tritici et medietatem ordeï. Quam cibariam vos et conventus monasterii supradicti solvatis mihi et successoribus meis prepositis, annuatim, in mense augusti intus in abbacia de Epila nomine decime supradicte omni occasione, excusatione, dilatione et pleytesia remotis et pospositis. Insuper ego prepositus supradictus, nomine meo et prepositure memorate sedis, cum voluntate et assensu domini episcopi, prioris et capituli supradictorum concedo vobis, abbati predicto et conventui monasterii supradicti inperpetuum, quod si forte fecistis sive feceritis vel facere incepistis in terra supradicta molendinum seu molendina vel aliquod aliud opus, quod non teneamini mihi nec successoribus meis prepositis neque ecclesie de Epila supradicte plus solvere nisi tantum dicta tria kaficia cibarie. Tamen sive faciatis in dicta terra molendinum vel molendina vel aliquod aliud opus sive non, nichilominus solvatis dicta tria kaficia cibarie pro ut superius continetur. Et confiteor me esse bene paccatum de tota decima supradicte terre preteriti temporis usque ad hunc presentem diem quo hec carta fuit facta. Et dicta terra habet affrontationes, ex una parte, cum rivo que dicitur Exalon; et ex secunda parte, cum via publica per quam vadunt de Epila ad Lumpiac, et de ipsa secunda parte cum braçali a quo rigatur; et ex tercia parte, cum campo dicti monasterii qui est prope eram ipsius monasterii. Qui campus tenet de quodam ponte, qui pons est prope dictam terram, et dictam eram usque ad predictum rivum qui dicitur Exalon. Qui campus non est in ista compositione sive tributatione. Sciendum est quod inter predictum rivum et predictam viam in capite dicte terre est una fons que nascit prope unam pinnam.

Et nos A., miseratione divina Cesarauguste episcopus, magister Bernardus, prior, et capitulum ecclesie supradicte sedis, omnia predicta et singula volumus, concedimus et laudamus et huic contractui assensum nostrum prestamus.

Actum est hoc Cesarauguste in capitulo canonicorum ecclesie iamdicte sedis, presentibus et ad hoc adhibitis testibus: dompno Petro Gar-

çeç de Januis, cesaraugustano sacrista, dompno Hispano cesaraugustani, dompno Michaele darocensi, et dompno Gondissalvo Tarini, turolensibus archidiaconis, dompno Fortunio cantore, dompno Martino de Jassa helemosinario, dompno Raymundo de Mazarollis operario, dompno Johanne de Torlla penitenciarario, dompno Johanne de Luna cappellano maiore, dompno Arnaldo de Çaidino infirmarario, dompno Fortunio de Alagone caritatarario, magistro Egidio de Lopinnen, dompno Ferrario, dompno Peregrino et dompno Lupo de Anso, canonicis ecclesie sepefate sedis, quarto idus iunii, anno ab Incarnatione Domini M^o. CC^o. quinquagesimo sexto.

Similiter nos supradictus abbas, nomine nostro et conventus monasterii supradicti, cum voluntate et expresso assensu conventus supradicti monasterii, dictam decimam a vobis supradicto preposito sub predicta forma recipimus ad tributum et promittimus nomine nostro et conventus monasterii supradicti, vobis et successoribus vestris omnibus prepositis predicta tria kaficia cibarie annuatim in predicto termino in perpetuum in pace persolvere, pro ut superius continetur. Alioquin omnes expensas quas ex tunc vos vel successores vestri prepositi feceritis pro supradicta cibaria petenda et recuperanda, promittimus nomine nostro et conventus eiusdem monasterii vobis et successoribus vestri prepositis eas emendare et de ipsis in omnibus satisfacere. De quibus sitis vos et vestri successores prepositi crediti solo verbo vestro. Ad que omnia predicta et singula complenda et observanda nos abbas supradictus, cum voluntate et assensu expresso conventus monasterii memorati, obligamus vobis memorato preposito et omnibus successoribus vestris prepositis omnia bona mobilia et immobilia et semoventia que nos et conventus monasterii sepefati habemus et habere debemus in villa de Epila supradicta et in terminis suis. Et nos conventus monasterii supradicti omnia predicta et singula volumus, concedimus et laudamus et huic contractui assensum nostrum prestamus.

Actum est hoc in monasterio de Berola in conventu monachorum monasterii supradicti. Presentibus et ad hoc adhibitis testibus: fratre

Durando priore, fratre Dominico subpriore, fratre Roderico cellarario maiore, fratre Petro sacrista, fratre Eximino vestiario, fratre Petro portario, fratre Johanne Maça infirmario pauperum, fratre Johanne de Tudela magistro conversorum, fratre Sancio de Tudela operario, fratre Alamando cantore, fratre Sebastiano infirmario monachorum, fratre Johanne de Mallen hospitalario hospitem, fratre Marcho, fratre Assensio, fratre Johanne de Taust et fratre Dominico de Soria, monachis monasterii sepefati, XVII^o kalendas iulii anno ab Incarnatione Domini M^o. CC^o. quinquagesimo sexto.

Ego Sancius de Valle, publicus notarius Cesarauguste, hiis omnibus predictis interfui et hoc scripsi et hoc sig(*signo*)num feci anno, diebus et locis prefixis.

1257, julio 15.

460

El monasterio de Santa María de Veruela dona a don Sebastián y a su mujer doña Oria un campo sito en Litago, por un censo anual de siete sueldos.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.768, núm. 3. Carta partida.

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 58.

Notum sit cunctis quod nos don fray Andreu abbat de Beruela et nos don fray Duran, prior, et nos don fray Domingo d'Artasona, supprior, per nos et pro toto conventu monasterii de Berola, damus ad tributum unum campum nostrum in horta de Leytago, en los pradiellos de carrera d'Annon, vobis don Sabastian, fillo de don Fortaner de Leytago, et uxori vestre dona Oria et omni generacioni vestre sub tali pacto quod detis nobis vel nunçio nostro unoquoque anno in mense ianuarii VII solidos cuiuscumque monete usitate fuerit in Leytago. Dictus itaque campus habet affrontaciones, in I^a parte, in campum filiarum fratris Sancii, filii Sançi de Mari Garçia; in II^a parte, viam qua vadunt ad

Annon; in III^a parte, in hortum Dominiçi de Moya quem tenet pro ecclesia; in IIII^a vero parte, in hortal de Migel de Galiana. Sicut affrontaciones predictae includunt vel dividunt per circuitum dictum campum, sic damus vobis illum et omni generacioni vestre ad dandum, vendendum, inpignorandum et ad faciendum de ipso et in ipso omnes vestras proprias voluntates in perpetuum, exçepto quod non possitis illum vendere vel modo aliquo obligare infançonibus sive sanctis. Et si dictum tributum inffra mense ianuarii non solveritis annuatim, quod possimus actoritate nostra intrare et enparare dictum campum et nostris usibus perpetuo retinere.

Et nos dicti don Sabastian et uxor mea dona Oria dictum campum de vobis dictis abbate et conventu reçipimus. Promitentes dictum tributum annuatim solvere et omnes predictas convençias fideliter observare.

Huius rey sunt testes: de monachis, frater Eximinus de Tirasona vestiarius et frater Johan Maça infirmarius pauperum et frater Sancius de Tudela operarius; et de layçis viçini de Leytago, don Ferrer d'Alfandra et don Pascual, fillo de don Sancho Mari Garçia.

Actum est hoc idus iulii anno Domini M^o. CC^o. L^o. VII^o.

Per Abbat, notarius publicus de Leytago, de mandato abbatis et omnium predictorum voçe conventus hanc cartam scripsit anno et die predictis.

1257, julio 15.

461

El abad del monasterio de Santa María de Veruela dona a García de Falces y a su mujer Dominga un huerto sito en Litago, a cambio del pago de un tributo anual de dos sueldos y ocho dineros.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.768, núm. 4. Carta partida.

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 59.

Notum sit cunctis quod nos don fray Andreu, abbat de Berola, et nos don fray Duran, prior, et nos don fray Domingo d'Artasona, supprior, per nos et pro toto conventu monasterii de Berola damus ad tributum unum hortum in horta de Leytago dios la çequia de carrera del mont, cabo el Noçedo, que fo de Johan Barragan, ha vos don Garçia de Falçes et uxori vestre dona Domenga, vecinos de Leytago, et omni generacioni vestre sub tali pacto quod detis nobis vel nunçio nostro unoquoque anno, mense ianuarii, II solidos et VIII denarios cuiuscumque monete usitate fuerit in Leytago. Et dictus itaque hortus habet affrontaçiones, in I^a parte, in hortum de Domingo Burdel; in II^a parte, la çequia de las heras que vadit a los molinos; de duabus ali[i]s partibus, in la çequia por ont riegan los hortos de Reguiello. Sicut dicte affrontaçiones includunt vel dividunt per circuitum dictum hortum, sic damus vobis illum et omni generacioni vestre sub dicto tributo, ad dandum, vendendum, inpignorandum et ad faciendum de ipso et in ipso omnes vestras proprias voluntates in perpetuum, excepto quod non possitis illum vendere sive alienare vel modo aliquo obligare infançonibus sive sanctis. Et si dictum tributum infra mense ianuarii non solveritis annuatim quod possimus actoritate nostra intrare et enparare dictum hortum et nostris usibus perpetuo retinere.

Et nos dictus Garçia de Falçes et uxor mea dona Domenga dictum hortum de vobis dictis abbate et conventu recipimus. Promitentes dictum tributum annuatim solvere et omnes convinçias fideliter observare.

Huius rey sunt testes, de monachis: frater Eximinus de Tirasona, vestiarius, et frater Johan Maça, infirmarius pauperum, et frater Sancius de Tudela, operarius. Et de la'i/cis vicini de Leytago: don Ferrer d'Alfanbra et don Pascual, fillo de don Sancho de Mari Garcia.

Actum est hoc idus iulii anno Domini M^o. CC^o. L^o. VII^o.

Per Abbat, publicus notarius de Leytago, de mandato abbatis et omnium predictorum voçe conventus hanc cartam scripsit anno et die predictis.

1257, septiembre 18. Tarazona, Palacio Episcopal. 462

García, obispo de Tarazona, sentencia el pleito que sobre décimas y primicias mantienen don Sancho Pérez, sacristán de Tarazona, que defiende los derechos de la iglesia de Bulbuenta, y fray Rodrigo, cillero de Veruela y su procurador; defensor de los derechos de su iglesia de Villamayor.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.768, núm. 5. Carta partida. Conserva plica y lemniscos. Faltan los tres sellos pendientes.

Conoscuda cosa sia a quantos esta carta veran, que sobre pleito que era entre don Sancho Perez, sagristan de Taraçona tenedor de la ecclesia de Bolbuen, demandant por razon daquella meisma ecclesia las decimas e las primicias, e don fray Rodrigo, cellarer de Berola, procurador del abbat e del convent, defendient por el monasterio por razon de la ecclesia lur de Villa Mayor, ante nos don Garcia, por la gracia de Dios bispo de Taraçona. Nos sobredito bispo, oidas las demandas e las defensiones e todas las razones damas las partidas, avido consello judgamos que de todas las heredades del territorio de Villa Mayor, que sean dadas las decimas e las primicias entegrament a la ecclesia de Villa Mayor, qui quier que las labre. E otrosi, de todas las heredades del territorio de Bolbuen qui quier que las labre, que sean dadas las decimas e las primicias entegrament a la ecclesia de Bolbuen, treito las heredades antigas que los moros possedexen hy de lur avolorio, de las quales la ecclesia de Bolbuen nunca ovo ni priso decima ni primicia. Pero si pora ventura por algun titol aquellas heredades de los moros, o alguna dellas venissen a manos de christianos, judgamos quent sean dadas decimas e primicias a la ecclesia de Bolbuen, assi como de todas las otras. E de los alhopces del castiello de Bolbuen qui quier que los labre, judgamos otrosi que las decimas quent sean dadas entegrament a la ecclesia de Bolbuen.

Lata sentencia Tirasona in palacio domini Episcopi, XIII^o kalendas octobris, anno Domini M^o. CC^o. L^o. septimo.

Ego Peregrinus de Loare, notarius domini episcopi, hiis interfui et mandato ipsius hec scripsi et sigillo suo munivi, loco, die et anno prefixis.

1258, abril 7.**463**

Gil de Guillem Bernardo y su mujer Dominga venden a Pedro Zaragoza, granjero de Mazalcoraz, y al monasterio de Veruela una azumbre de agua en la acequia mayor de Magallón, por precio de sesenta y cinco sueldos.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.768, núm. 6.

Publ.: J. Kiviharju, *Los documentos latino-romances del monasterio de Veruela*, doc. 60.

Notum sit cunctis quod nos Gil de Guillem Bernart et uxor mea Domenga, stageros de Magallon, cum hac presenti scriptura per cuncta huius mundi tempora valitura vendimus vobis, fratri Petro Cesarauguste, grangiario de Maçalcorhaç, et conventui Berole una açumne aque quod habemus in cequia mayor de Magallon in die qui dicitur de Garcia Alinç. Et cadit cada çafra. Et tiene se cum aqua conventus Berole et cum aqua de Domingo Gil de Guillem Bernart fratris mei, dicti Gil de Guillem Bernart. Et quando est de nocte cadit del gallo entro al sol exido; et quando de dia ye cadit de V pies entro a meydia. Et sic cadit semper. Sicut superius vobis dictam aquam assignamus et demonstamus (*sic*) per scriptum, sic sine aliquo nostro nostrorumque retentu et voce mala et contradicto tocius persone viventis eam vendimus vobis per LXV solidos denariorum, bone monete iaccensis curribile in Aragonia. Precio paccato et aliala paccata. Et de predictis denariis ad omnem voluntatem nostram bene paccati fuimus. Et stamus inde nunc et semper de manifesto. Iddeo volumus et concedimus ut de cetero vos dicti emptores et omnes vestri successores dictam aquam habeatis cum omnibus illis directis et pertinenciis universis et specialis que ad predic-

tam aquam pertinent et pertinere debebant iure vestro hereditario, possidendum et explectandum et ad omnem vestrum proprium libitum inperpetuum faciendum sicut de vestra propria aqua. Et ad maiorem securitatem vestram damus vobis fideiussorem salvitatis qui vobis et successoribus vestris dictam aquam possidere faciat et tenere salvam et securam, nunc et omni tempore per forum terre, Dominicum Gil de Guillem Bernart, stantem de Magallon prefatum. Et ego dictus Domingo Gil me libenter fideiussorem talem esse concedo ut superius est dictum.

Testes sunt huius rei: Johan Luc, filius de Johan Luc, presbiteri. Et Pedro Barbaroya, vicini et stantes de Magallon.

Actum fuit hoc VII die introitus mensis aprilis in era M^a. CC^a. XC^a. sexta.

Petrus Lupi, publicus notarius Magallonis, iussu predictorum hoc scripsit et hoc sig(*signo*)num fecit.

1258, noviembre 20. Anagni.**464**

El papa Alejandro IV, concede a la Orden del Cister que ninguno de sus monasterios o casas de religión puedan ser obligados a pagar procuraciones pecuniarias, ni por este motivo incurrir en excomuniación o entredichos de legados, nuncios, arzobispos ni obispos.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.767, núm. 18 (B)

AHN. Códice 995 B, ff. 117r-v (C)

Publ.: I. Rodríguez de Lama, *La documentación pontificia de Alejandro IV*, doc. 348, dado en Viterbo en mayo 28 del mismo año y dirigido a Santa María de Oya (Pontevedra).

Alexander episcopus, servus servorum Dei, et cetera. Dilectis filiis abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Circa sacrum et famosum ordinem vestrum illius sinceritatis affectum gerimus quod semper ipsius iusta desideria libentissime procuramus et simus ad ea solliciti

per que virtutum Domino possitis devocius et quocius famulari. Sane lecta coram nobis vestra peticio continebat, quod liceat legati et nuncii Apostolice Sedis ac diocesis locorum, archiepiscopi et episcopi, necnon et alii ecclesiarum prelati, quociens ad monasteria et domos ordinis vestri divertunt, honeste admittantur in eis caritative tractentur; quandoque tamen idem diocesani ac prelati auctoritate propria, interdum vero dicti legati aut nuncii pretexti literis prefate sedis in quibus aliquando continentur, quod ab exemptis et non exemptis, non obstante aliqua indulgentia cisterciensis vel aliis quibuscumque concessis, in procuratione pecuniaria provideatur eisdem procuratione huiusmodi et alia plura contra indulta, que predicta sedes concessit vobis communiter vel divisim a vobis et predictis monasteriis ac domibus exigere et extorquere, ac alias vos et monasteria vestra, seu domos multipliciter molestare presumunt, in ea interdicti et in personis eorum suspensionis et excommunicationis sententias proferendo in vestrum preiudicium et ipsius ordinis detrimentum. Cum itaque dilectus filius noster J. tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis, qui semper ad hoc intentus esse dinoscitur, ut ordo vester prosperitatis affluentiam consequatur, a nobis affectuose petiit ut super premissis providere paterna diligentia curaremus, nos eiusdem cardinalis et nostris precibus annuentes, quod eisdem legatis et nunciis per supradictas seu quascumque alias Apostolice Sedis literas ac etiam predictis archiepiscopis et episcopis seu prelati in procuracione pecuniaria non teneamini, providere vobis auctoritate presentium indulgemus. Decernentes quod huiusmodi sententias, si quas in vos vel aliquem vestrum taliter contigerit promulgari, sint irritae penitus et inanes.

Nulli ergo omnino, et cetera.

Si quis autem, et cetera.

Datum Anagni XII kalendas decembris, pontificatus nostri anno quarto.

1259, agosto 11. Apud Tarazona.

465

El abad y convento del monasterio de Santa María de Veruela, por razón de la iglesia de Villamayor, y el sacristán de la Iglesia de Tarazona por razón de la de Bulbuenta, llegan a un acuerdo para la percepción de los diezmos de ambas iglesias.

AHN. *Códice 995 B*, f. 84r.

Cum ea que geruntur incepere in oblivione, facile plebantur nisi scriptore testimonio roborentur. Iccirco. Noverint universi presentem paginam inspecturis quod cum inter venerabiles viros fratrem Bernardum abbatem et conventum monasterii berolensis, racione ecclesie Villamaiore ex parte una, et dopnum S[ancius] Petri, tirasonensis ecclesie sacriste, racione ecclesie de Bolbuen ex altera, super decime predictarum ecclesiarum questionem fuisset materia suscitata, tandem per altercationes multiplices, de voluntate et assensu reverendi patris domni G. episcopi et venerabilium virorum dompni F. de Vergua decani et capituli canonicorum tyrasonensis ecclesie, inter ipsos fuit compositum in hunc modum, videlicet quod ecclesie de Buebuen (*sic*) perpetuo percipiat decimas solum infra fines territorii sui; et ecclesia Villemaioris, similiter, percipiat decimas tamen infra fines territorii sui. Ita quod neutra predictarum ecclesiarum possit a modo quacumque racione vel causa, decimas infra fines alterius percipere vel habere. Quare ne de hac suprascripta conposicione possit ulterius in dubbium revocari.

Nos, memorati abbas et conventus nomine ecclesie Villemaioris, et ego, prefatus sacrista nomine ecclesie de Bolbuen, hoc instrumento insignum consensus et conlaudacionis expresse, vice singularium prescripcionum, apposicione sigillorum nostrorum dignamur duximus muniendum. Sane nos, supradicti episcopus, decanus et capitulum tirasonenses, suprascriptam conposicionem concedimus, laudamus et servandum inperpetuum approbamus ipsaque ratam pariterque gratam habens nos prefatus episcopus hanc paginam appensione proprii sigilli

nostri. Et nos, seppefati decanus et capitulum, inpressione comunis sigilli nostri mee singularium subscriptionum fecimus communiri.

Facta sunt hec apud Tyrasonam, in capitulo celebrato III° idus agusti anno ab Incarnatione Christi M°. CC°. L°. IX°.

Ego Peregrinus de Loare, predicti domini episcopi notarius, his interfui et hec scripsi [et] feci anno, die et loco prescriptis.

1260, junio 14. Tarazona.

466

Don García, obispo de Tarazona, reconoce a fray Bernardo, abad del monasterio de Santa María de veruela, haber sido satisfecho de los derechos que pudieran pertenecerle con motivo de la sepultura del príncipe don Alfonso, enterrado en la iglesia del monasterio.

ADPZ. Fondo del monasterio de Veruela, perg. 6. Original. Conserva plica con restos de lemniscos.

Pateat universis quod nos G., Dei gracia tirasonensis episcopus, recognoscimus et profitemur vobis fratri B. abbati et conventui berolensis, nobis ad plenum satisfactum fuisse de omnibus que ratione sepulture illustrissimi domini Ildefonsi, primogeniti regis Aragonum, et quorumcumque aliorum obvenerunt vobis et monasterio vestro et etiam de omnibus querimoniis quas a vobis qualicumque ratione vel iure habere potuimus, usque ad hanc diem qua presens conficetur instrumentum. In quorum omnium testimonium presentem paginam vobis concedimus sigilli nostri appositione munitam.

